# De emptione et venditione.




Antonij de burgos alias de Salamanca. J. V. doctor aurea lectura ſuper vtili et cotidiano titulo de emptio. et venditio in antiquo et florenti gymnaſio bononienſi iura ciuilia et canonica interpretante nuper impreſſa Cum ſummarijs et indice ad flores totius operis in promptu inueniēdos facilimo fideliſſimoqꝫ.

¶ Cum gratia et p̄uilegio

# De emptione et venditione.




Antonij de burgos alias de Sa
lamanca. J. U. doctoris aurea lectura ſuper vtili
et cotidiano titulo de emptio. et venditio in
antiquo et florenti gymnaſio bononien
ſi iura ciuilia et canonica interpre-
tante nuper impreſſa Cum ſum
marijs et indice ad flores
totius operis in prom-
ptu inueniẽdos fa-
cilimo fideliſ-
ſimoqꝫ.

15 28

Cum gratia et priuilegio.

¶ Reuerendiſſimo in chriſto patri et dño dño Bernardino de Caruaial ſancte crucis in hieruſalem preſbytero Cardinali Patriarche hieroſolymitano Epiſcopo Saguntino: hiſpanorumqꝫ omnium citra montes defenſori accuratiſſimo. Antonius de Burgos Hiſpanus humilime felicitatem dicit.

HEreditas populos olim tempeſtate Lyſimachi regis tanto ⁊ tam ingenti morbo laboraſſe greci ſcriptores memorant. R. P. vt non niſi e naribus longo fluente ſanguine. aut e corpore toto immenſo quodã ſudore manãte ſanari potuerint. Nec ſic tamen adhuc incolumes nec priſtine mentis cõpotes factos eſſe quin ⁊ deſiperentur adhuc ⁊ quodam velut furore cõmoti raperentur: ac quodam quaſi enthuſiaſmo ac veluti furore poetico pleni paſſim omnes tragicum quoddam tota vrbe per fora per cõpita canerent. Cauſamqꝫ morbi huius fuiſſe referũt Archelaum quendam tragedum illo ſeculo clarum ac memorabilem: qui dum Andromadem inſignem ⁊ ipſam Euripidis poete fabulam acturus eſſet eſtate media ferme ſub ipſo Syrio atqꝫ canicula populũ fabule audiende imprimis auidum in ſcenam coegerit. Quare ego maximopere vereor. P. R. ne hic quoqꝫ morbus ⁊ tragicus furor multos noſtrorum hominum animos ac mentes inuaſerit: qui ſic vbiqꝫ paſſim ac temere ad ſcribendum precipites abeunt: vt nulla nec temporum nec locorum nec rerum deniqꝫ nec ſui ipſorum habita ratione nullo nec fame nec ingenij periculo territi vana quedam atqꝫ ridicula in vulgus effundant: quibus neqꝫ iam mercedem vllam aut premium neqꝫ qđ multo miſerius mihi videri ſolet apud poſteros vllã ingenij laudem comparent: ſed velut cõmune quoddam et publicum ſue dementie teſtimonium colligentes ſeſe cum ſuis tum et poſteris ipſis fabulam ac ridiculum prebeant. Magna hec ⁊ ingens vbiqꝫ fere et in omni literarũ genere calamitas viſitur. Uerum neſcio quo fato multo maior in hac noſtra ciuili pontificijqꝫ iuris diſciplina ſentitur. In quibus iam multos annos ſic libere ac paſſim: ſicqꝫ et temere ac ſolute nonnũqꝫ multa hominum ingenia ſcribendo ſudauerint: vt non tam ſcribere ꝙ aut corrumpere aut craſſari voluiſſe videantur. In qua re vna tametſi paulo ante noſtram etatem: ſed ⁊ noſtra quoqꝫ nonnulli clariſſimi viri et opem ferre: ⁊ huic iam late patenti morbo medicinam adhibere conati ſunt. Tamen non vſqꝫquaqꝫ mihi adhuc quod petebant aſſecuti videntur: nãqꝫ ſic aut implicita adhuc aut inuoluta dubiaqꝫ et ancipitia ab his multa relicta ſunt: vt multo magis hominibus laborem ꝙ auxilium rebus ipſis: difficultatem ꝙ lucem attulerint. Neqꝫ ſane negauerim locis compluribus vtilem illorũ operam prefuiſſe magnãqꝫ et ingentem illis deberi gratiam: quorum ingenio: cura: labore: ſtudio ac diligentia multis ac varijs erroribus in quibus mortalium ingenia (veluti in tenebris ceca captaqꝫ ferebantur) ſoluta ac libera facta ſint. Ceterum partem adhuc maximam ſupereſſe laboris video. cui niſi cura magna ac ſtudio ſuccurſum erit. Sane nõ multum nos in his adhuc tenebris agitantes veterum maiorũqꝫ noſtrorum ſcripta ac monumenta iuuerant. Itaqꝫ hãc ipſi noſtram eſſe prouinciam duximus. P. R. vt ſi quid a maiorum opera ac labore reliquum factũ eſſet: id ipſi qualicũqꝫ noſtra induſtria ſupplere conaremur. ⁊ ſi quid ab illis aliquando (vt ſepe ſunt imbecilla mortalium ingenia) minus aut accurate: aut diligenter ſcriptum eſſet: noſtro labore ac ſtudio id emendatum poſteris traderetur. Nec ſane nobis cõmittendum id viſum eſt vt cum iam tot annos in hoc vno docendi munere. in hacqꝫ tam et graui et ſepe moleſta iuris pontificij paleſtra verſatus fuerim. Ne mihi tam negotioſus ꝙ otioſus fuiſſe videar: ſi in tot annos nullus tot laborum ⁊ ingenij fructus appareat. Et quoniam ſiue in otio ſiue in negotio vixerimus temporis vtriuſqꝫ rationem Cato ille ſapientiſſimus ſenex reddendam exiſtimat: idqꝫ velut publicus quidã humane vite cenſor imperioſe exigit. Sane tu mihi quoqꝫ velut Cato alter: aut etiam paulo illo maior in tanto clariſſimorum hominum numero eligendus viſus es: cui huius vtriuſqꝫ ⁊ otioſe. ⁊ negotioſe vite rationem redderem. nam cui queſo ꝙ tibi vni potius? Cuius ea ingenij ac literarum gloria: ea grauitas ⁊ integritas morum: ea velut perpetua quedam ſanctiſſime vite conſtantia: is tenor rigidus: ea in immortalem deum ac ſuperos obſeruantia: ea pietas: is timor: vt nemini mirum videri debeat ſi te Catone illo quo nihil vnꝙ maius natura peperit paulo eſſe maiorem dixerim. Itaqꝫ tibi. P. R. non hos meos labores tantũ non has meas diuturnas nocturnaſqꝫ vigilias non hunc puſillum ⁊ tenuem ingenij mei fructum: ſed memetipſum meãqꝫ vitam totam dico ac de manu (quod aiunt.) in tuam manum trado: tunc me doctũ: tunc me eruditum: tunc me felicem ac beatum putabo ſi tu puriſſime tue ſententie huic noſtro labori album calculum adieceris. Uale.

¶ Solennis atq; inſignis lectura ſuper tit. de emptione ⁊ venditione edita per excellentiſſimũ. J. U. doctorem dominum Antonium de burgos hiſpanũ in almo gymnaſio Bononiẽſi dum ibi ordinarie legeret.

¶ De emptione ⁊ venditione. Rubrica.

1 ☞ Venditor transfert in emptorem dominium rei per traditio-
nem ſi ipſe venditor ſit dominus rei. ⁊ qd ſi nõ ſit dñs. nu. 8.
2 Venditor licet obligetur non ad dandum: ſed ad rem tradendam
tamen ſi eſt dominus transfert dominiũ tradendo. Et quid in eo
qui eſt obligatus tradere ex contractu venditionis. nu. 3.
4 Obligatus ad factum vel ad rem tradendã ex quocũq; ꝯctu ſi im-
plere põt: an poſſit cõpelli ꝑciſe ad id faciendum vel tradendũ.
5 Juramentum ſortit naturam ꝯctus cui adijcitur. ⁊ nu. 7.
6 Intereſſe ſoluere an ſufficiat in obligatione facti cauſata ex con-
uentione partium.
9 Malafides impedit preſcriptionem de iure canonico.
10 Publiciana actio ad hoc vt competat alicui ſufficit ꝙ potuerit a
principio preſcribere vel vſucapere.
11 Argumentum a maiori ad minus negatiue non valet.
12 Contractus emptionis ⁊ venditionis vnde ortum habuerit.
13 Pecunia fieri non põt ſine autoritate principis.
14 Pecunia fuit introducta a iuregentium.
15 Teſtamentum an ſit iuris ciuilis: vel iuriſgentium.
16 Imperator non poteſt auferre ſine cauſa rem acquiſitã vſucapio-
ne vel preſcriptione.
17 Reſcriptum principis an valeat ꝯ latam ſententiam.
18 Papa an poſſit ſine cã priuare aliquem beneficio ſuo.
19 Emptionis ⁊ venditionis appellatione qd veniat. ⁊ nu. 20. ⁊ 21.

In nomine indiui-
due trinitatis. Ex abbatis ꝯtinuatione
ad titulos precedẽtes talis incidẽter eli
citur concluſio. Venditor † ſi dominus
1 eſt trãſfert in emptorẽ dñiũ ꝑ traditio-
nem. Si vero nõ eſt dñs transfert in em
ptorem vſucapiendi condictionem. Ex
qua cõcluſione noto ꝙ lʒ vẽditor † obli
2 getur nõ ad dandũ: ſed ad rẽ tradẽdam
l. j. ff. de actio. emp. l. ex empto. eo. ti. §. ꝓtiũ. inſti. de emp. ⁊ vẽ. tñ ſi ẽ
dñs tradẽdo trãſfert dñiũ. Si vero nõ eſt dñs transfert vſucapiẽdi
cõdictionẽ. l. clauibus. ff. de ꝯhen. emp. Et ſic eſt notãdũ ꝙ iſta tra
ditio nõ dr̃ nuda vel meri facti. Sed hʒ in ſe cãm ꝓprietatis anne-
xam poſtq̃ trãſfert dñiũ vel vſucapiendi condictionẽ. ita Pau. de
caſt. magiſtraliter in. d. l. ex empto. qḋ eſt ſpãle in obligato ad tra-
dendum ex iſto ꝯctu emptionis ⁊ venditionis. qḋ ſecus eſſet qñ rẽ
tradi eſſet in obligatione ex alio ꝯctu: qꝛ tũc talis traditio eẽt meri
facti. neq; transferret dñium ẽt ſi tradens eſſet dñs nec preciſe cõ-
pelleret tradere: ſed liberaret ꝑſtando intereſſe. ita Bart. ⁊ Pau.
de caſt. in. d. l. j. de actio. emp. ⁊ in. l. ſtipulationes nõ diuidunt. ff. de
verbo. obli. ꝑ. l. ſi fundũ. eo. ti. ita Jo. an. ⁊ poſt eũ Abb. ⁊ ſequẽtes
3 in. c. cũ Joãnes heremita. de fide inſtru. in. iij. col. Sed † in eo q eſt
obligatus tradere ex ꝯctu venditionis. ſecus qꝛ talis obligatio hʒ
ſimilitudinẽ cũ obligatione dãdi: qꝛ ſicut q tenet dare cogit ꝑciſe
ad dãdũ. vt. l. vbi aũt. §. fi. ff. de verb. obli. ita ⁊ iſte cõpellit ꝑciſe ad
tradendũ ſi hʒ facultatẽ tradẽdi. vt voluit glo. cõiter approbata in
d. l. j. de actio. emp. Aduertas tñ qꝛ nõ hʒ oĩmodam ſimilitudinẽ:
qꝛ obligatus dare indiſtincte cõpellit ſiue hẽat facultatẽ ſiue non ſi
poſſibilis ẽ datio: qꝛ cogit redimere ⁊ dare. ſed vẽditor nõ cõpellit
neq; tenet niſi qñ hʒ facultatẽ. nec cõpellit redimere poſito ꝙ redẽ
ptio ſit ſibi poſſibilis: ſed ad intereſſe ſolũ tenet. iſta ſunt de mente
Bar. ⁊ Pau. de ca. in locis ſuperiꝰ allegatis permaxime in. d. l. ſti-
pulationes nõ diuidunt. in. viij. q. que no. tu canoniſta ꝓpter intel-
ligentiã eoꝝ que Abb. in. d. c. cũ Joãnes. ⁊ dũ dixi ꝙ ſi venditor hʒ
facultatẽ tradẽdi cõpellit tradere. intelligas ẽt ſi vellet intereſſe ꝑ-
ſtare: qꝛ cõpellit ex iſto ꝯctu rẽ tradere. ita cõiter doctores firmant
vbi. ſ. ⁊ ẽ gl. melior de iure. in. §. ꝓtiũ. in ṽ. tradat. in fi. inſti. de emp.
⁊ vendi. quã ibi no. Ang. de are. lʒ aliq voluerint ꝯtrariũ. ſcʒ ꝙ ꝑſtan-
do intereſſe liberet ſequẽtes glo. in. l. j. de acti. emp. ff. ſʒ vt dixi ꝯtria
opinio eſt verior ⁊ cõiter approbat. idẽ ſequẽda intãtũ qḋ ſi eẽt dñs
tradẽs niſi dñiũ trãſferat nõ eẽt liberatus. tex. eſt ſingularis in. l. cũ
manu ſata. in fi. ff. de ꝯhẽ. emp. de quo exclamat Are. in. d. §. ꝓtiũ.
inſti. de emp. ⁊ vẽdi. Et que predicta ſunt dũ habita eſt differentia
de obligato ad rem tradẽdã ex contractu emptionis vel ex alio cõ-
tractu ꝓcedunt habita ꝯſideratione iuris ciuilis quo iure inſpecto
etiã in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe vulgata
l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. uo. in. d. l. ſtipulationes nõ diuidũtur.

Sed conſiderata equitate canonica eſt pulchra dubitatio an obli-
4 gatus † ad factum vel ad rẽ tradẽdam ex quocũq; ꝯctu ſi implere
põt poſſit cõpelli ꝑciſe ad id faciẽdũ vel tradendũ. in qua Lud. ro.
in. d. l. ſtipulationes non diuidunt. vij. col. in. viij. cõcluſione fuit in
noua opinione firmando ꝙ de equitate canonica ſit ꝑciſe talis cõ-
pellendus per. c. qualiter. extra de pac. ponderando eũ dũ loquitur
de ꝓmiſſione in genere ⁊ in ver. opere compellat. Scḋo inducit ꝙ
inter ſimplicẽ loquelam ⁊ iuramentũ nõ ſit differentia vulgato. c. iu
ramenti. xxij. q. v. Sed ſi promiſſio iurata eſſet poſſet cõpelli ꝑciſe
l. ſi qs maior. C. de tranſac. glo. in. l. ſi pecuniam. ff. de condi. ob cau.
Nec ob. ſm eum. c. dilecti. de arbi. vbi non exiſtente cõpromiſſo iu-
rato nõ cogitur qs preciſe ad obſeruãtiam laudi: ſed liberatur pre-
ſtando penaʒ. qꝛ dicit ꝙ hoc ibi ideo eſt: qꝛ cũ grauetur pars com-
promittens in hoc. qꝛ arbiter ſine timore retractatiõis poteſt arbi-
trium fere q̃uis iniquum. l. diem ꝓferre. §. ſtare. ff. de arbi. idẽ releue-
tur in hoc ꝙ ſi penam ſoluit nõ cõpellitur ſtare laudo. Contrariaʒ
tamen opinionem reprehenſo Romano firmat do. Fely. in. c. j. de
pac. in. v. col. dicendo ꝙ ꝓmittens factuʒ ꝓmittit duo. vnũ expſſe.
⁊ aliud tacite. ſ. intereſſe preallegata. l. ſtipulationes. in. §. celſus. ⁊ ẽ
in electione ꝓmittentis ꝙ velit dare. l. plerunq;. ff. de iure do. ergo
preſtãdo intereſſe liberatur. Scḋo contra eũ dicit: qꝛ ſm iſtaʒ opi.
eſſent due ſpecialitates de iure canonico. Una ꝙ agat ex pacto nu-
do. Alia ꝙ quis cõpellat preciſe ad factũ contra. l. j. C. de do. ꝓmiſ.
dicendo vltimo ꝙ non ſatiſfacit reſponſio de. d. c. dilecti. ⁊ iſtã opi.
Fely. ſequit de verbo ad verbum eo tacito domi. Hyero. de geniti-
uis. in differẽtia ſua. lxvj. inter ius canonicũ ⁊ ciuile. quas repoſuit
in repeti. c. j. de accuſa. coadiuuat. ita opinio ex vulgata. l. fi. C. de nõ
5 nume. pecu. Ex qua colligit ꝙ iuramentum † ſortitur naturã con-
tractus cui adijcitur. ⁊ voluit Inno. in. c. per tuas. de arbi. cuʒ ergo
natura obligationis facti hʒ in ſe tacitam obligationẽ ad intereſſe
preallegata. l. ſtipulationes. ⁊. d. l. ſi quis ab alio. de re iudi. ergo iu-
ramentum adiectũ ſortiet eandeʒ naturã ⁊ multofortius ꝓmiſſio.
Quibus tñ non obſtantibus puto opinionẽ Lud. de ro. ſuſtentabi
liorem conſiderata equitate canonica ⁊ iure diuino ꝑ. d. c. j. ⁊. c. qua
liter. de pac. iuncto. d. c. iuramenti. ⁊ per illud pſalmiſte que ꝓcedũt
de labijs meis non faciam irrita. xxiij. diſtin. c. pſalmiſta. Non obſt.
qḋ dicitur de natura obligationis facti que eſt vt ſufficiat dari in-
tereſſe: qꝛ hoc primo poſſet negari etiam de iure ciuili. ſunt eniʒ in
hoc multe opiniones adeo ꝙ multi nõ parue autoritatis tenuerũt
ꝙ ſi quis põt adimplere factũ tenet id facere ꝑciſe vt refert Abb.
ſingulariter in. c. veniens. in. iij. colum. de iureiuran. Sed tenendo
aliam opi. que videtur magis cõmunis quam ſequit Bart. in. d. l.
6 ſtipulationes. † ꝙ in obligatione facti cauſata ex conuẽtione par-
tium ſufficiat ſoluere intereſſe. adhuc dico ꝙ non procedet de iure
canonico vel diuino. qꝛ fundamentum illius opinionis eſt: qm̃ ſti-
pulatio fuit inuẽta a iure ciuili. vt quis ſtipularet qḋ ſua intereſſet.
ſatis eſt ergo ꝙ habeat ſuũ intereſſe. ita dicit Bart. in. d. l. ſtipula-
tiones non diuidunt. ⁊ ſic illa opinio fundat ſup natura ſtipulatio
nis. Sed de iure canonico ⁊ diuino alia eſt ratio ꝓpter quã qs te-
netur adimplere promiſſum maxime iuratũ ne. ſ. incurrat peccatũ
veniendo contra promiſſionẽ ſuã ⁊ decipiat ſic proximũ. vt in. d. c. j.
⁊. d. c. qualiter. de pac. iſtam opinio. firmat ſingulariter do. Abb. de
quo non meminit Fely. in. c. per tuas. col. iiij. de arbi. ſingularius ⁊
copioſius poſt Hoſtiẽ. ibi in. c. veniens. de iureiuran. in penul. col.
vbi multas concludentes rationes facit. vbi ſingulariter tollit ob-
iectum. d. c. dilecti. ⁊. c. per tuas. de arbi. dicendo ꝙ ibi preciſe ⁊ de-
terminate ſe non obligauit ad certum quid. ſed in genere vt ſtaret
laudo dicẽdo. vnde ne arbiter poſſet ad libitũ ledere iura ſtatuerũt
vt ſoluere penam vel intereſſe ſufficiat. vel ſcḋo. ⁊ melius ego dice-
rem ꝙ ibi non fuit ſimplex promiſſio. ſed promiſſio ſub pena. vnde
nimirum ſi ſoluendo penam expreſſe liberet. arg. d. l. plerũq;. iſtud
enim non repugnat allegationibus do. Abb. de quibus. ſ. poſtq̃ ſe
obligauit ad vnum vel aliud. Non obſtant modo in contrariuʒ in-
ducta: primum dum dicit Fely. ꝙ ꝓmittens factũ duo ꝓmittit: qꝛ
rñdeo illud verum cõſiderato iure ciuili. ſecus conſiderato iure ca-
nonico vel diuino. vt ſuperius dixi ſm Abb. in. d. c. veniẽs. Nõ ob.
qḋ dicebatur de duabus ſpecialitatibus. qꝛ dico ꝙ poſſunt concur-
rere qñ vna ab alia deſcẽdit vt ipſemet Feli. dicit in. c. cũ. i. ⁊. a. de re
iudi. in antepe. col. in prin. ⁊ do. Alex. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pu-
pil. iij. folio. fi. col. poſt Bart. in. l. ſi is q ꝓ emptore. ff. de vſucap. ita
eſt in. q. noſtra: qꝛ ꝓpterea datur actio ex nudo pacto vt adimpleat
qḋ ꝓmiſſum eſt cũ cõſiderando ius diuinũ qs preciſe teneat ad id
qḋ ꝓmiſit. d. c. pſalmiſta. Non obſtat qḋ vltimo dixi † ꝙ iuramẽ-
tum aſſumit naturã cõtractus cui adijcit: qꝛ fateor qḋ aſſumit na-
turã primordialem ſed non accidẽtalẽ. Aret. ⁊ Deci. xxij. col. in. c. j.
de iudi. ⁊ Jmol. in. l. ſtipulationes nõ diuidunt. de verbo. obliga. ⁊
ideo ꝓpterea nõ ſuccedet obligatio ad intereſſe in obligationibus
facti ſtante iuramento. cum intereſſe veniat ex accidenti nõ ex pri-
mordiali obligatione. l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. l. itẽ veniunt. §.
cũ prediximus. ff. de peti. here. Uel ſcḋo dico ꝙ aſſumit naturã diſ-
poſitionis cui adiungit qñ veriſimilitudo eſt pro iurãte eũ taliter

ſentiſſe.ita debet intelligi text.in.d.l.fi.C.de nō nume.pecu.cū fili-
bus.Ita Jo.de imol.in.c.ꝑ tuas.de arbi.⁊ in.d.c.j.de iudi.ſ3 in ꝓ-
poſito noſtro nō eſt veriſiſe ita ſentiſſe ꝑ.d.c.j.⁊.c.qualiter.de pac.
cū.d.c.pſalmiſta.qcqd Jo.de ana.dixerit in.c.fi.in princ.ne prelati
vices ſuas.dū voluit qd nō vr veriſimile qd ille q ad factū obliga-
tur ꝓciſe velit teneri ⁊ priuari facultate ſoluendi intereſſe:q2 imo ꝑ
8 ſupradicta videt veriſiſe.Alteri9 † inquātū ſuperius dixi ꝙ qn̄ nō
eſt dn̄s vendēs cōpellit tradere ⁊ tradēdo trāſferri vſucapiēdi cō-
dictionē.qd eſt intelligēdū duobus cōcurrētib9.videl3 bona fides
ex parte tradētis.⁊ bona fides ex parte accipiētis.al's nō ꝓcederet
vſucapio.tex.eſt no.in aut.malefidei.C.de long.tēp.pſcrip.gloſ.eſt
multū no.in.c.abbate.de re iudi.li.vj.in gloſ.magna.ad quā in hoc
me remitto declarādo ⁊ limitando multis modis ſm do.Philip.
franc.ibi.⁊ melius ſm Ange.de are.ad quē etiā me remitto in.§.ſ3
iſte quidē.inſti.de actio.vbi.x.col.multas ponit limitatio.ad illam
aut.malefidei notandum tamē eſt qd l3 in rebus immobilibus nō
vſucapiat regulariter qs ꝓpter malāfidē tradētis exiſtēte bonafi-
de accipiētis.tn̄ ſi cadat a poſſeſſione talis poſſidens habet publi-
cianā actionē.tex.eſt in.l.ſed ſi res.in.§.vlt.⁊.§.ptor ait.ff.de publi.
⁊ gloſ.not.in.d.c.abbate.de re iudi.q̃ cōiter ab oībus approbatur.
9 ¶ † Sed inſtat in hoc pulchra dubitatio preſuppoſito ſm gloſas
ordinarias ⁊ ſcribentes in.d.c.abbate.⁊ in.d.§.ſed iſte qdē.qd iſte
agēs publiciana actione debet aſſerere in libello ꝙ nō credit ſe eſſe
dn̄m an attēto iure canonico locus ſit huic actioni publiciane cum
hoc modo cōfitēdo fateat ſe eſſe in malafide.ſaltē de pſenti q̃ mala
fides de iure canonico impedit pſcriptionē vulgato.c.vigilāti.de
pſcrip.regula poſſeſſor.de reg.iur.in.vj.ergo impedit publicianā.
arg.l.eū q.in pn̄.ff.de publi.vbi tex.dicit ꝙ publiciana nō dat niſi
ei q pōt vſucapere vel pſcribere ꝓpter q̃ dixerūt aliqui publicianā
hodie eſſe ſublatā vel correctā per ius canonicū.de quorū numero
fuit Jo.faber.in.iij.colū.in.d.§.ſed iſte quidē ⁊ Bar.expreſſe in.l.
pōponius.in.§.ſi iuſſu.in vlti.col.ff.de acq.poſ.⁊ Ang.in.d.§.ſed
iſte quidē.Contrariā tamē opinionē qd immo nō ſit correcta pu-
bliciana.hodie etiā cōſiderato iure canonico tenuit Bar.in.d.l.eū
qui.§.ptor ait.ff.de publi.⁊ multi alij relati ꝑ Jaſonē in.d.§.ſ3 iſte
qdē.adeo qd iſtā aſſerit eſſe cōem opinionē poſt Bal.in.l.ancillē.
in.v.oppoſi.C.de fur.vbi hūc articulū melius examinat q̃ alibi.et
ibi firmat iſtā cōcluſionē per plura fundamēta ⁊ ꝓcipuū fundamē-
tum iſtius cōis opinionis eſt:q2 l3 verum ſit qd ꝑ iura canonica ſit
hodie correcta pſcriptio cū malafide.tamē illa iura correctoria nō
ſunt extēdēda ad publicianā maxime cū ſit diuerſa ratio inter pre-
ſcriptionē ⁊ publicianā.quia preſcriptio eſt cōtra equitatē ⁊ ꝑiudi
cat dn̄o cū ſibi auferat dn̄ium ſaltē vtile.l.ſi quis emptionis.C.de
pſcrip.xxx.vel.xl.an.publiciana aūt eſt ſm equitatē:q2 nō ꝑiudicat
dn̄o neq3 cōtra ipm dn̄m dat.vt.l.pe.§.fi.ff.de publi.ergo bene cō-
cludit qd q̄uis ſit correcta pſcriptio qd tn̄ nō dicat correcta publi-
ciana.tn̄ do.Jaſ.in.d.§.ſed iſte qdē.in antepen̄.folio.dicit ꝙ ꝑ iſtā
rationē doctorū non euacuat difficultas huius.q.que eſt qd publi-
ciana nō datur niſi ei qui pōt vſucapere vel pſcribere.d.l.eū qui.cū
ergo ꝑ iura canonica ꝓhibeat pſcriptio vel vſucapio cū malafide.
ergo etiā erit ꝓhibita publiciana huic arg.ſm eū.Joā.fab.nititur
10 multis modis ſatiſfacere q ſibi nullo modo placēt.Unde † ipſe pro
reſolutione firmādo cōem facit vnū nouū fundamentū in materia
publiciane.ꝙ dixit nō inueniſſe ab alio poſitū neq3 formatū.v3 qd
ad hoc vt alicui competat publiciana ſufficit qd a principio potuit
pſcribere vel vſucapere.vn̄ l3 poſtea ꝓhibeat pſcribere vel vſucape-
re ipſe putat qd nihilominus poterit publicianā intentare.qd ipſe
firmat ꝑ rationē quā dicit incōuincibilē ⁊ ineuitabilē.q2 clarum eſt
qd ſi accepi rē bonafide ⁊ ti.⁊ poſtea cadā a poſſeſſione rei qd mihi
cōpetit publiciana.immo al's non daret publiciana niſi cecidiſſet a
poſſeſſione.⁊ tn̄ clarū eſt qd ſi cado a poſſeſſione qd naturaliter in-
terrūpit vſucapio.l.naturaliter.ff.de vſuc.Itē clarū eſt qd cu3 ego
nō habeā poſſeſſionē:q2 ab ea cecidi qd non poſſum pſcribere.⁊ tn̄
cōpetit publiciana.ergo ſm eū cōſtat apte qd ille q nō pōt pſcribe-
re poteſt agere.publiciana.⁊ hoc eſt q2 ſemel potuit pſcribere. Sed
ſalua reuerētia tanti doctoris nō credo rationē ſuā eſſe vt dicit in-
cōuincibilē.immo facile cōuinci poteſt poſtq̄ oīa ſua fundamenta
tendunt ad demonſtrandū illud qd in iure ciuili notiſſimū eſt: vi-
delicet qd ſufficiat adeſſe bonā fidē in principio pſcriptionis longi
tpis:l3 poſtea ſupueniat malafides.vt tex.apertius in.§.pōt.xvj.q.
iij.⁊ ꝓbat in.l.vna.§.hoc tantūmodo.C.de vſuca.trāſ.Jo.de imo.
in repeti.c.fi.de pſcrip.vij.car.ij.col.ideo non immerito ſi ille q po-
tuit a principio pſcribere poſſit publicianā intētare:q2 ſi recuperat
poſſeſſionē poteſt cōplere preſcriptionē.nō obſtante ſuperuenien-
tia malefidei.ideo cōſiderato iure ciuili bene quadrat.d.l.eum qui.
Sed cōſiderato iure canonico qd in hoc neceſſario cōſiderādū eſt
cū requiratur ex vtraq3 parte tpis bonafides.ſ.in principio in me-
dio ⁊ in fi.gl.in.d.§.poteſt.⁊ tex.in reg.poſſeſſor.de regu.iur.lib.vj.
⁊ in.c.fi.de preſcrip.Concluditur neceſſario qd cū iſte pſcribere nō
poſſit dicto iure canonico conſiderato neq3 poſſit agere publicia-
na ex themate.l.eum qui.ſepe allegata poſtq̄ non datur publicia-
ciana:niſi ei q pōt vſucapere.qcqd do.Jaſ.dixerit.q2 pluſq̄ liqui-
do conſtat cōſiderato iure canonico ſua dicta nihil facere.volendo
tn̄ ſaluare cōem opi.firmanda eſt ratio ſuperius adducta pro eius
confirmatione pro qua adduco nouiſſime tex.apertu3 in.c. abbate
ſane.de re iudi.lib.vj.in ver.iure dn̄ij vel quaſi.iuncta gloſ. magna
ibi ab oībus approbata.que exponit in illa petitione quaſi dn̄ij in-
tentatā publicianā.⁊ ꝓpter iſtū tex.negare poſſumus aſſumptum
doctorū factū ꝑ.d.l.eū q.ſ.de publi.Poſtq̄ videmus ꝙ de iure ca
nonico q non pōt preſcribere pōt publicianā intentare.vel melius
dico vt iura iuribus concordent.qd bene dicit tex.in.d.l. eū q.ꝓut
iacet dum dicit pōt vſucapere.ergo pōt agere publiciana.Sed ne-
gatiue nō ꝓcederet non pōt vſucapere.ergo nō pōt agere publicia-
11 na:q2 a maiori † ad minus negatiue non valet argumentum.iuxta
no.in aut.multomagis.C.de ſacroſan.eccle.⁊ hoc ſatis ſentit gl. in
d.l.eum qui.allegando.l.ſi ſponſus.§.in vectigalibus.ff. de public.
vbi aperte conſtat competere publicianam ei qui vſucapere nō po-
12 tuit.Subſequenter querit † Abbas vnde habuerit ortum iſte cō-
tractus emptionis ⁊ venditionis.⁊ remittit ſe ad.l.j.⁊ ibi not.ff.de
contrahen.emp.vbi Bar.in.§.fin.dicit ꝙ a iuregentium ius enim
gentiū ē quo oēs gētes vtunt.l3 emptio non inceperit ab initio quo
gentes inceperūt.⁊ ibi dicit Bar.ꝙ credit ꝙ a iuregentiū nūmus
fuerit introductus:⁊ non a iure ciuili.qui ibi Bal.⁊ Saly.ſequun-
tur reprehēdentes glo.in.l.eas cauſas.ff.de capi.dimi.que dicebat
ꝙ erat iſte contractus de iure naturali quantū ad equitate3 de iure
tamen ciuili introductione:⁊ ita Bald.in rubrica.C.de contrahen.
emp.videtur illa glo.reprehendere dicendo ꝙ debet attendi princi
pium:l3 fuerit addita forma pecunie de iure ciuili.⁊ in hoc differt
a Bar.qui dicit nummum introductu3 fuiſſe de iuregentium.do.
And.hic forti rōne firmat glo.in.d.l.eas cauſas.preſuppponēdo ꝙ
ſubſtantiale ipſius emptionis eſt pecunia vulgata.§.pretiū inſti.de
13 emp.⁊ vendi.Sed pecunia † ſine principis autoritate fieri nō pōt
ſm Bar.in.l.j.de vete.nu.pote.lib.xj.C.Igit cu3 ſubſtantia ipſius
contractus habeat originem a iure ciuili.ergo formaliter contra-
ctus dependet a iure ciuili.Aduertendū tamen puto in hac:q2 cre-
do qd qō aliter debeat formari q̄ Abbas faciat in iſta rubrica : q2
qd habuerit ortum a iuregentium pt3 ex.l. ex hoc iure.ff.de iuſti.⁊
iure.⁊ in.d.l.j.in fi.ff.de contrahen.emp.Fruſtra ergo in hoc eēt fa
cienda dubitatio.vbi caſus legis eſt apertiſſimus.Dubium ergo
debet formari an hodie iſte contractus ſit iuriſgentium vt melius
querit Bal.in.d.rubrica.C.de contrahen.emp. Et hoc ex ratione.
Aduerte hic q̄ ſatis ibi Bal.poſuit ꝓ ratione dubitādi:q2 poſtq̄
pecunia eſt iuris ciuilis videtur dicendum ꝙ eodem modo ꝯtus
eſſet iuris ciuilis ⁊ non iuriſgentiū.⁊ ſine dubio ſi verum eēt aſſum
ptum Bal.⁊ And.ꝙ pecunia eſſet iuris ciuilis vera eſſet glo.in.d.
l.eas cauſas.per tex.not.in.l.ius ciuile.ff.de iuſti.⁊ iu.vbi probatur
ꝙ quotiens additur vel detrahitur aliquid iuriſgentium efficitur
ius ciuile.ita effectualiter firmat Bal. ſi bene conſideretur in dicta
rubrica.de contrahen.emp.Dum dicit ꝙ quotiēs prima principia
querimus ea que de iure ciuili his accedunt.non conſideram9 q̄tū
ad nominis impoſitionem:ſed quātum ad nominis effectum.licet
Bal.in aliam ſententiam ſoleat allegari ⁊ male iudicio meo.Ego
autem audacter teneo ⁊ firmo omnia ſubſtātialia ipſius emptiōis
eſſe iuriſgentium ⁊ etiam pecunie formalitas l3 non cu3 forma ho-
dierna que loco illius antique ſucceſſit probat text.in.d.l.j.ff.de cō-
trahē.emp.in fi.vbi conſtat eſſe emptionē ⁊ venditionē de iuregē-
tium.⁊ in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.⁊ iu.Igitur eſt preſupponendu3
neceſſario.ꝙ eodē iure pecunia fuit inuenta que diſtingueret rem
a pretio:al's nō emptio ⁊ venditio ſed permutatio dicta fuiſſet vt
ſatis probatur in.d.l.j.ſepe allegata.qd incōuincibiliter demōſtrat
iungendo.d.l.j.⁊.l.ex hoc.ff.de iuſti.⁊ iu.cum.l.ius ciuile.ff.de iuſti.
⁊ iure.vbi vt.ſ.dixi probatur ꝙ ſi aliquid addit vel detrahitur iu-
rigentium ius ciuile eſt ergo demonſtrat ꝙ ꝯtui emptionis ⁊ vē-
ditionis nihil a iure ciuili additum fuit poſtq̄ iuriſgentium cōtra
ctus ⁊ non iuris ciuilis appellatur. Concludamus ergo qd pecu-
14 nia † fuit introducta a iuregētiū.ſm qd voluit Bal. in.d.l.j.quia
nulla gens eſt que nō habuerit materiā forma publica ſignatā quā
nos monetam appellamus:alij pecunia3.l3 alio ⁊ alio modo.quia
quidā in corio:alij in charta eam habuerūt ſm Bart.ibi.notandū
eſt tn̄ qn̄ dicimus ꝙ eſt iuriſgentiū:q2 debet intelligi de ſecūdario:
nō aūt de primeuo vt ſentit Bar.in.d.l.j.⁊ i.l.ex hoc iure.ſ.all'ata.
15 ¶ † Quis aūt ſit effectus ꝙ iſte contractus dicat iuris ciuilis.vel
dicat iuriſgentiū.oſtendit manifeſtus ex notatis per doc.poſt bal.
⁊ Pōtan.in.l.in teſtm̄.C.de teſta.vbi dubitant an teſtm̄ ſit iuris ci
uilis vel iuriſgentium:q2 ſi iuris ciuilis reſcripto principis reſcin-
deretur etiam nulla cauſa preexiſtente.⁊ ita ꝯcludunt ibi ſcribētes.
⁊ Phil.corne.ꝙ per reſcriptū principis pōt tolli teſtm̄ quo ad effe
ctus ciuiles adeo ꝙ ſi reſcriptū principis cum clauſula non obſtan
te.impugnet teſtm̄ ſine cā:l3 forte non tollat ſubſtantiam teſtamēti
quo ad ea que reſultant de iuregentium:tamen tollit teſtamentum
ad finē.vt ſola additione poſtea non querat dn̄ium. Item ad fine3
vt actiones ſaltem paſſiue non tranſeant in heredē.Itē oſtenditur
effectus

effectus clarius ⁊ ſingularius ex copioſe dictis per domi.Fely.in.c.
que in eccleſiarũ.de cõſti.in.v.folio.in.iij.col.ibi quinta declaratio.
vbi adducit doctrinã Ang.in.l.lucius.ff.de euic.Ubi dicit ꝙ impe
16 ratoꝛ † ſine cauſa põt auferre rẽ acquiſitã vſucapione vel pſcriptio
ne:qꝛ talis modus acqrendi ab ipſo pꝛincipe fuit acqſitus.⁊ ab eo
põt auferri ẽt ſine cã.facit qđ ſingulariter voluit Bal.in.l.fi.in pe.
col.ver.ſi immediate oppo.C.ſen.reſcin.nõ poſſe.Ubi dicit ꝙ q̃dã
ſunt iura que qs põt acqrere ẽt ↄ pꝛincipis voluntatẽ.vt q̃ acqrunt
de iuregẽtiũ.ſicut dñia.⁊ iſta nõ pñt auferri ſine cã.ſecus in his que
17 ſunt de iure ciuili.vt iudicia ⁊ ſnĩe.Et ideo infert ꝙ lʒ ex ſnĩa † ſit
trãſlatum dñium.tñ valet reſcriptũ pꝛincipis reſcribẽtis.non ob-
ſtante ſnĩa.qđ ſatis ſentit do.Abb.in.c.qualr ⁊ qñ.el.j.de accuſa.⁊
idẽ do.Abb.in cõſi.lxxv.incip.illud in ſumma.ad fi.facit ille text.
ſingularis quẽ ſoleo ſemp allegare in cle.j.vt lit.pendẽ.Ubi ꝓbat
18 Pontificem † ſine cã pꝛiuare poſſe quẽ bñficio ſuo.ſʒ Jmo.ibi qđ
nõ ob aliud ꝓcedit:niſi qꝛ tituli beneficiales ꝓcedunt a iure poſiti-
uo.Jſta ⁊ ſĩlia ꝓcedunt ſine dubitatione anteq̃ qs dñium acquiſi-
uerit.qꝛ lex modum quẽ dedit acqrendi põt tollere ſine cã.Sed qñ
dñium iam eſſet acqſitũ quomodocũqʒ ſit acqſitum firmanda ẽ cõ
cluſio ꝙ ſine cã pꝛinceps illud tollere non põt:nõ qꝛ modus acqui-
rendi non ſit a iure ciuili:ſed qꝛ ipſum dñiũ iam acqſitũ eſt de iure
naturali ⁊ gentiũ.ita Bar.in.l.ex hoc iure.in.ij.col.ff.de iuſti.⁊ iu.
Jtã Bal.in.l.ij.ff.de iur.⁊ fac.igno.qđ nõ ſolũ in directo dñio pꝛo-
cedit verũetiam in vtili.ꝙ ſine cã ab aliquo abdicari non põt.nec
obſtat qđ id ſit inductũ a iure ciuili.⁊ per ꝯñs ſolo cõſenſu pꝛinci-
pis tolli poſſit:qꝛ rñdeo cũ Bar.in extrauaganti qm̃ nuper.verſi.
rebellando.in.iiij.col.verſi.item quero.Ubi dicit ꝙ effectus vtilis
dñij eſt ẽt de iuregẽtiũ:lʒ ei natura oꝛta ſit a iure ciuili.facit qđ not.
ſingu.do.Franc.de are.in vlti.col.in.l.teſtamenti factio.ff.de teſta.
vbi ibi repꝛehendit audacter Pau.de caſt.qui tenuerat dñiũ acqſi
tum vigoꝛe iuris ciuilis poſſe per pꝛincipẽ ſine cã tolli.cuius tamẽ
cõtrariũ ipſemet Pau.de caſt.tenuerat.lʒ do.Frã.non alleget in.l.
gallus.§.⁊ qd ſi tm̃.ff.de libe.⁊ poſthu.⁊ in ſuo conſi.xxv.incip.ſup
pꝛimo dubio.in penul.col.quẽ ita refert ⁊ ſequit Fely.in.d.c.que in
eccleſiarũ.⁊ iſta eſt veritas quã ſequit Fran.areti.in.c.ij.de ꝓba.in
iij.col.allegando Bar.in.l.iij.de fun.pꝛimo.lib.xj.C.vbi dicit pꝛin
cipẽ ſine cã nõ poſſe tollere dñium acquiſitũ de iure ciuili.⁊ ita do.
Fran.de curte.cõſi.lxv.in.iij.col.per que multa de dictis do.Fely.in
d.v.declaratione coꝛruere videnẗ ↄ iſtam cõem ſnĩam ſcribentium
ſolum obſtat pꝛeallegata cle.j.vt lit.pendẽ.que mihi ſepius dubita
tionem intulit.cui aliter iudicio meo dici non põt niſi ꝙ ſit ſpeciale
in beneficialibus.qꝛ quo ad ipſum Pontificem oĩa dici debẽt ma-
nualia.i.ad nutũ ⁊ voluntatẽ reuocabilia.vt voluit Bal.in.l.reſcri
pta.C.de pꝛeci.impe.offe.Licet do.Abb.in.c.fina.de confir.vti.vel
inuti.⁊ in.c.conſtitutus.de relig.do.col.iij.tentauerit ꝯcludere pa-
pam ſine cã non poſſe quẽ pꝛiuare beneficio ſuo maxime epiſcopa-
tu.⁊ pꝛofecto non vidit.d.cle.j.que aperte loquiẗ.ita vltimo no.Jo.
de imo.dicendo no.p iſtam literã in fi.poſt Pau.de leaza.ꝙ papa
poteſt quẽ nuda voluntate pꝛiuare beneficio ſuo:lʒ rem meam non
poſſit a me auferre ſine cã:qꝛ in hoc nõ hʒ liberam poteſtatẽ.⁊ ita
firmat eodẽ modo Domini.in.c.ſi gratioſe.iij.colũ.in fi.de reſcrip.
lib.vj.vbi dicit no.iſtam glo.ꝙ papa in beneficialibus titulis hʒ ꝓ
ratione voluntatẽ.per qđ infert ꝙ ad libitũ poſſit pꝛelato auferre
titulum in beneficialibus.in quo tñ ſubſiſto:qꝛ diffinitio pꝛima fa-
cie rigida vr̃.eam tamen firmat Anto.in.d.c.conſtitutus.de relig.
do.Tene tamen ſemper menti dictum Abb.in repeti.c.per tuas.
de arbi.in.xj.col.dum vult ꝙ in diſpoſitis a iure ciuili habentibus
equitatẽ naturalem.vt in actione ⁊ in appellatione idem iuris ẽ ſi-
cut in diſpoſitis a iuregẽtiũ vel naturali.qꝛ ſine cã Pontifex diſpo
nere non poſſet.⁊ hoc not.multũ Fely.in.c.ad audientiam.el.ij.de
reſcrip.in.iiij.col.¶Ultimo pꝛo cõplemento rubꝛice quero de no-
19 tabili qõne.Quid veniat appellatione † emptionis ⁊ venditionis
an contineatur tantũ ille ꝯctus emptionis ⁊ vẽditionis ⁊ nõ alius.
vel etiam ſub illo vocabulo alij:compꝛehendenẗ.⁊ videẗ ꝙ debeat
cõſiderari taliter vt differat ab alijs contractibus donationis per-
mutationis ⁊ ſimiliũ:vt pʒ in ſequentibus titulis.⁊ pꝛobat text.in
c.j.de his que fi.a pꝛela.Ubi poniẗ vt diuerſus ab alijs ꝯtractibus.
tex.eſt ẽt in.c.fi.de accuſa.eo.modo inducendo.⁊ tex.in.c.j.de exceſ.
pꝛela.lib.vj.qui idẽ ꝓbat.⁊ eſt text.in.l.j.dare.de cu.ſine decre.non
alie.⁊ in.l.fi.de decre.decurio.lib.x.C.Jn cõtrariũ tamen adduciẗ
tex.notandus in.l.ſtatuliberi.§.quintus.ff.de ſtatulibe.vbi dicit ꝙ
verbũ emptio ⁊ venditio cõpꝛehendit in ſe omnem contractũ per
quem transfertur dñium.idem pꝛobat tex.in.c.j.de cõten.inter do.
⁊ emp.in vſi.feu.ꝑ plene traditur ⁊ not.in.l.ij.de vſucap.pꝛo empto.
Quapꝛopter pꝛo reſolutione concludo ꝙ regulariter appellatione
iſtius cõtractus venit quicunqʒ alius per quem transfertur dñium
iuribus ſupꝛa pꝛoxime allegatis.qđ declaratur pꝛimo non pꝛoce-
dere vbi fit commemoꝛatio pꝛetij:qꝛ tunc ſolũ de emptione debet
intelligi pꝛout differt ab alijs contractibus.ita pꝛocedat tex.cũ ſua
glo.in.d.l.j.de re.decurio.ſine decre.ita dicit do.Abb.in.c.j.de his
que fi.a pꝛela.in.j.col.⁊ in.c.potuit.in.ij.col.j.de loca.Jdem in.c.ij.
de poſtu.in fi.⁊ ſingulariter voluit Joan.and.in addi.ad Spec.in
titu.de emptio.⁊ vendi.§.nunc dicendum.el.ij.verſicu.ſed pone.
20 ¶†Scđo declaro regulam non ꝓcedere in materia penali vel re-
ſtringibili:qꝛ emptionis verbo ſolum veniret contractus vulgaris
differens ab alijs contractibus.ita Specu.ſingulariter in titu.de
emp.⁊ vendi.§.nunc videndũ.verſi.ſed pone.ita firmat Phil.frã.
in.d.c.j.de exceſ.pꝛela.lib.vj.Jta declarãdo tex.ibi.⁊ ita tenet Bar.
de quo mentionẽ non facit in.l.qui duobus.ff.de fal.ſatis ſentit do.
Abb.in.d.c.j.dum dicit.ſecus in materia odioſa ſeu reſtringibili ꝑ
qđ poſſet inferri ſingula.ad decretũ vel ſnĩam iudicis.vbi vocabu-
lum venditionis appoſitũ fuiſſet:qꝛ tunc ſtricte acciperẽ ⁊ nõ ve-
niret alius contractus eo qꝛ verba ſententie decreti vel iudicis ſunt
ſtricte intelligenda.vt.l.j.C.ſi plu.vna ſen.not.Bar.in.l.j.qñ ꝓuoc.
non eſt neceſ.tex.eſt notabi.pꝛo iſta dilatione in.l.ſi pupilloꝛum.§.ſi
pꝛetoꝛ.ff.de re.eo.infertur ⁊ ſcđo ad.l.vel ſtatutũ.in quibus pꝛohi-
betur venditio.vel ad cõtrahentes inter quos pꝛohibetur vẽditio.
cum iſtud ſit odioſum.⁊ per cõſequens reſtringibile per vulgatã.l.
ſed non vſqʒ adeo.ff.ſi qs a pa.fue.manu.Jn eis non cõpꝛehende-
retur alius contractus.⁊ ita firmat Bal.notabi.in.l.volũtas.col.ij.
C.de fideicom.clarius in conſi.ſuo incip.in chꝛiſti nomine.iſtud ſta
tutum terre ⁊c.quod intelligo niſi.l.vel ſtatutum venditionem pꝛo-
hibendo reſpiceret publicam vtilitatem.qꝛ tunc ad impediendum
alienationem fauoꝛe publico verba late accipiuntur ⁊ ampliantur
vt omnem alienationem cõpꝛehendant.qđ videtur pꝛobari in tex.
ſingulari ⁊ vnico in.l.hoc modo.ff.de condi.⁊ demon.vbi tex.dicit
ꝙ lex reipublice vtili benigna ⁊ lata interpꝛetatione adiuuãda eſt.
21 ¶†Tertio declaro dictam regulam nõ pꝛocedere cõſiderato cõ-
muni vſu loquendi:qꝛ non omnibus ꝯctibus:ſed de ſola emptione
vulgari intelligereẗ.ita Abb.in.d.c.j.qui vſus loquendi pꝛeferẗ in
quacũqʒ materia ꝓpꝛie ſignificationi.l.libꝛoꝛũ.§.qđ tñ caſſius.de
lega.iij.vbi glo.no.dicit ꝙ derogat cõis vſus omni diſpoſitioni in
exaudiendis ſermonibus.quã cõmendat do.Alex.cõſi.lx.in.ij.vol.
incip.viſa legitimatione.Jn reliquis aũt ſpectantibus ad iſtam.q.
me remitto ad copioſe dicta per do.Fabia.de monte ſancti ſauini.
in ſuo tracta.emptionis ⁊ venditionis.maxime in.ij.q.pꝛinci.non
omittendo vnam aliã declarationẽ ad pꝛedictã regulã.qꝛ nõ pꝛo-
cedit in caſu ſingulari.l.itẽ.§.idẽ intereſt.ff.de leg.iij.de quo excla-
mat Ludo.roma.ſingulari.cccccccxxij.de teſtatoꝛe legante oẽs res
ab eo emptas:qꝛ nõ venient res ad teſtatoꝛẽ ex alio titulo pereũte.
⁊ hoc credo eſſe pꝛopter coniecturatam mentẽ ipſius diſponentis:
ne oĩa in legatis cõuerterenẗ:que mens multũ in pꝛopoſito cõſide-
rabilis eſt.vt voluit Bal.no.in.d.l.voluntas.in.ij.col.de fideicom.
lʒ de illa.l.mentionẽ nõ fecerit.dixit enim qñ pꝛohibetur venditio
a teſtatoꝛe attenditur cauſa ſm quã extendimus pꝛohibitionẽ vel
large aſſumimus ex vi finalis cauſe.

¶Sequitur Capitulum Pꝛimum.

1 Epiſcopus poteſt cogere vẽdentes ne carius vẽdant tranſeũ-
tibus q̃ vendatur in mercato.
2 Res an ⁊ quando tantum valeat q̃tum communiter vendi poteſt.
⁊ nume.4.⁊.6.
5 Onus impoſitum alicui rei diciẗ eſſe pars pꝛetij.
7 Emere bona conſcientia quis poteſt actionem iam oꝛtam tẽpoꝛe
contractus:etiam pꝛo minoꝛi pꝛetio.
8 Teſtes quõ debeant deponere in ꝯctu emptio.⁊ vendi.⁊ nu.9.
10 Teſtis dʒ deponere per ſenſum coꝛpoꝛeum.
11 Teſtis an pꝛeſumaẗ ſcire conditionem coniuncti.
12 Epiſcopus hʒ iuriſditionẽ in laycos pꝛeſertim in cauſis pietatis.
13 Epiſcopus an poſſit compellere ſeculares ad ſeruandam pacem
quam fecerunt.
14 Epiſcopus cõpellit heredes ad ſatiſfaciẽdũ ꝓ defuncto contrito.
15 Epiſcopus poteſt ſe intromittere in notoꝛijs exceſſibus criminũ
licet crimina non ſint eccleſiaſtica.
16 Epiſcopus intromittit ſe per viam denunciationis euangelice in
omnibus criminibus.
17 Uendere rem ſuam an ⁊ qñ quis cõpellaẗ:⁊ nu.20.
18 Colonus partiarius volens vendere partem cogiẗ vendere dño.
19 Ciues cõpelluntur emere frumentum ſuperfluum ciuitatis.
21 Creditoꝛ eccleſie compellitur rem eccleſie inſolutum recipere quã-
do res aliter vendi non poteſt.
22 Ruſtici cõpelluntur venire ad ciuitatẽ ⁊ ibi victualia vendere.
23 Emptoꝛ compellitur vendere rem ad quã minoꝛ habuit affectio-
nem:qꝛ maioꝛum ſuoꝛum erat.
24 Uendere viam ad ſepulchꝛum quis compellitur.
25 .Conductoꝛ rei fiſcalis qui vno vel pluribus annis factus eſt diues
ſi poſtea nollit conducere:nec alius reperitur qui velit eam condu-
cere:compellitur iterum conducere pꝛo eodem pꝛetio.
26 Emptoꝛ cogitur filium patri vel alteri pꝛo eodem pꝛetio vendere.
27 Hoſpitale ad recipiendos peregrinos nunquid quis tenere com-
pellatur.
28 Fructus male exponens obligatur ad reſtitutionem.
29 Alimenta alicui dare obligatus an ſatiſfaciat ſi ponat eũ in hoſpi-

tali:quando ipſe non poteſt dare.

30 Elemoſinam ſi quis facere teneatur non cogitur iure actionis ſed iudicis officio. Et quid in patronis eccleſiarum:nu.31.

32 Frumentum antiquum corruptum an liceat bono frumento commiſcere.

33 Iura loquentia in fiſco propter identitatis rationem an habeant locum in priuatis.

1 **Quod hoc intendit** In ſumma. Cogit † ep̄s ne carius vendat tranſeuntibus q̄ꝫ in mercato venderet.h.d. ſm vnam lectu.ſm quã ẽ caſus ſing.ſm do.Cardi.hic in quo ep̄s iudicat de laycis.rationem cuius videbimus.ſ. in vlti. nota.⁊ ſm iſtũ intellectũ ꝓ ratione dubitã di videbat dicendũ contra ꝙ imo poſſent carius vendere. Primo qꝛ tantũ valet res q̄tũ vendi põt.de quo in.l.precia rerum.ff.ad.l.fal.ff.⁊ dicaꝫ.ſ.§.iij.no. Abb.Scđo ⁊ fortius qꝛ licitum eſt ꝯhẽtibus ſe adinuicem decipere.l.in cauſe.ff.de mino.l.itẽ ſi ꝑtio.§.fi.ff.loca.dico copioſe.ſ.in.c. cũ dilecti.ij.no.qbus tñ nõ obſtã.ꝯ hoc diſponit poſtq̄ꝫ tex.vult ꝙ non dꝫ qs vendere plus q̄ꝫ res valeat.ꝑ qđ videt inferri plus q̄ꝫ valuerit.ergo in.c.hoc ius porrectum.x.q.ij.que voluit ꝙ eccleſia non debet recipere ẽt ſi offerat plus q̄ꝫ res valeat:qꝛ per iſtum tex.idem erit dicendũ in quacũqꝫ pſona.ꝑ quẽ text.etiã plus ꝓbat q̄ꝫ voluerit glo.in.l.ſemp in ꝯtibus.ff.de reg.iur.que in bono viro tenebat non licere recipere plus q̄ꝫ res valeret:qꝛ immo per iſtũ tex.in quacunqꝫ perſona idem probat ꝙ plus q̄ꝫ valeat recipiẽdo peccat mortaliter.pꝫ qꝛ ep̄s põt cogere ad hoc per cenſuram ſm Inno.prehabita monitione ex quo conſtat eos peccare mortaliter cũ certũ ſit ꝙ ab hoĩe excõicatio non fert niſi pro peccato mortali.glo.in.c.epi xj.q.iij.pro ratione tñ decidendi ⁊ vt.ſ.dicta conſeruentur ab iſta inductione iſtius tex.dicendũ eſt ꝙ iſte tex.loquit in exigente vltra verum valorẽ parte cõtradicẽte:qꝛ cõpelleret tũc vẽdere iuſto ꝑtio poſtq̄ꝫ pars nõ permittit ſe decipi.quo caſu nõ ꝓcedũt iura ſupius alleg.ꝓcedunt enim illa iura quotiẽs qs vellet emere ⁊ carius emeret quo caſu tex.iſte non.d.valeat vel nõ talis venditio.vel an compellatur reſtituere qđ vltra iuſtũ pretiũ recepit. ⁊ iđ merito Abb. hic in prin.ij.no.d.iſtum tex.facere in argu.ꝙ eccleſia ſi vult vẽdere rem ſuam ⁊ reperit aliquid pluſq̄ꝫ valeat ⁊c.facit enim in ar.poſtq̄ꝫ cõpellunt vendentes nõ petere vltra q̄ꝫ res valeat ab ipſis tranſeũtibus. Vel ſcđo dico ꝙ iſte tex.procedit iure poli.hoc eſt in foro cõſcientie ſm do.Cardi.hic poſt Archidya.in.d.c.hoc ius. Iura aũt in cõtra.ſuperius adducta iure fori.hoc eſt in foro iudiciali qđ primo tñ dixi verius credo poſtq̄ꝫ hic no.cõpellunt vt dixi reſtituere: ſed ſolum nõ carius vendere.⁊ ſic nõ loquit tex.de vẽditione facta prout loquuntur iura in contra.adducta.ſed loquit de venditione fienda parte (vt dixi) nolente plus debito dare. An aũt ⁊ qñ liceat contrahentibus ſe adinuicẽ decipere citra dimidiã iuſti ꝑtij etiam iure poli.conſiderato dico pleniſſime.ſ.c.cum dilecti.ij.no.ver. me remitto pro intelligentia do.Archi.in.d.§. hoc ius porrectum.de quo credo ibi non feci mentionem ex ibi tñ plene dictis ſatis declarabitur.

2 ¶ No.iij.loco do.Abb.hic ex iſto.c.ꝙ tantum † valet res q̄tum cõiter vendi poteſt.adducẽdo no.prealleg.l.pretia rerũ per illud qđ dicit cõiter limitant iura ſimpl̃r dicentia tñ valet res q̄tũ vendi poteſt. De qbus ꝑ glo.ho.in.c. in ciuitate.de vſu.in gloſ.ij.⁊ pro ſimili tex.noſtri.adduco tex.in.l.ſi ſeruum meum.ff.ad.l.aquil. ver.optima glo.⁊ in.l.ſi ſeruus.ff.de condic.furti.facit.l.non intelligitur.§.diui.ff.de iure fiſc.iſtam concluſionem non ponderata iſta dictione cõiter de qua.ſ.limitat do.Fely.quatuor modis in.c.cum cauſa.ſ.de teſti.in.ij.col.ex mente doc. Primo intelligendo regulã qñ venditio facta fuerit homini ſcienti condictionem rei: ſecus ſi ignoraret ſm glo.pen.in.l. mortis cã capimus.ff. de dona.cã mor. quã in.d.c.cũ cã. Jo.de imo.cõmendat ⁊ multi alij quos ibi refert

3 do.Fely. Idẽ ⁊ ſcđo limitat.niſi † pro illo pretio vendita fuiſſet ab hoĩe debitis implicito ⁊ non bene ſecuro ſm Bar.in.l.j.§.ſi heres. ff.ad trebel. Itẽ ⁊ tertio limitat niſi eſſet res litigioſa de qua factũ eſſet cõpromiſſum ſꝫ Bar.in.l.ſi qs cũ aliter.ff. de verbo.obli.⁊ in l.ſi ſocietatem.§.arbitror.ff.pro ſocio.qꝛ tũc propterea minus valet. Item ⁊ quarto intelligit regulam quando fuiſſet res ſepius vendita.ſecus aũt ſi ſemel qꝛ nõ propterea dicent tñ valere ſm Bart. in.d.l.ſi ſeruus.ff.de condi.furti.que limitationes lꝫ ita cõiter aſſignent:tamen iudicio meo attenta dictione cõiter de quo.ſ.dixi.⁊ iſte tex.facit mentionẽ nõ merent dici limitationes ſed potius illationes cõcluſionis aſſumpte ex iſto.iij.nota. Abba.pꝫ aſſumendo primam fortius.ij.⁊.iij.limita.qꝛ quando in concluſione d̃r cõiter vendi põt infert a cõiter accidentibus ꝙ emens ſcit condictionem

4 rei. Item eodẽ modo ꝙ non ſemel † ſed pluries venditio celebraretur poſtq̄ꝫ non d̃r an qđ cõiter fieri qđ ab vno dictũ vel factũ fuerit.iuxta no.per Joã.an.⁊ alios in.c.pen.de conſti. circa cõmunem opi.ꝓban.per qđ cõſtat vlti.limita.confutatam.pꝫ etiam vt dixi in ij.⁊.iij.qꝛ certum eſt qđ cõiter homini debitis implicito ⁊ non bene

5 ſecuro. Itẽ pro re litigioſa de qua cõpromiſſuꝫ factũ eſt non darent tñ quantũ ipſa res valeret ſi onera proxime dicta non ineſſent.igit poſtq̄ꝫ pro iſtis rebus minus cõiter daret debem⁹ dicere ꝙ tãtum iſte res valeant ex aſſumpto concluſionis ſuprapoſite.onus enim impoſitum alicui rei dicit eſſe pars pretij eiuſdẽ rei.ꝓbat text.⁊ ibi do.Abb.in.c.cũ Joãnes heremita.de fide inſtru.vlti.col. facit tex. in.l.fundi partẽ.ff.de contrahen.ideo nõ immerito ſi dicamus tñ rem valere poſtq̄ꝫ cõiter ſic emeret ratione dicti oneris iniuncti.lꝫ dici poſſet rem talem minus valere habito reſpectu ad eandẽ rem qñ tale onus non adeſſet:ſed onere exiſtente vt dixi tñ dicet valere res ſm ꝯriam regu.ſuperiorũ ad ꝓpoſitũ mõ.cõſtat eniꝫ eſſe onus iniunctũ ꝓpter ſpem future litis in rebus illius qui eſt debitis implicitus ⁊ non ſecurus.⁊ cõſtat eſſe onus rẽ eſſe litigioſam.de qua cõpromiſſum factũ eſt.vnde oẽs iſtas res propter periculum cui ſe ſubijcit.lꝫ det minus q̄ꝫ al's dediſſet ſine dictis oneribus ſatis dicet

6 pro iſto ꝑtio emiſſe.poſſent tñ ſaluari.d.ij.⁊.iij.limita. † eo cãu quo aliquis vellet inferre rem aliquam tñ valere:qꝛ tñ valuit empta a debitis implicito.vel tñ valuit res litigioſa vendita cõiter.qꝛ iſto caſu talis illatio non valeret:qꝛ eſſet arguere de re cui eſt annexum onus ad rem oĩno liberã ꝙ eſſet ex diuerſis inferre ꝙ non lꝫ vulgata.l.age cũ geminiano.C.de tranſac.cũ ſimi.caue tñ circa ſuperiora dum dixi in.iij.limitatione.de re litigioſa.de qua cõpromiſſum factum eſt.qꝛ ſentit Bar.ꝓpter illa verba de qua cõpromiſſum factũ eſt.ꝙ ſi eſſet res litigioſa de qua non eſſet factum compromiſſum. non ꝓpterea minus valeret:ſed tñ q̄tũ eſt in actione deductis expenſis.⁊ que fuit ꝓ re recuperanda ⁊ habito etiaꝫ reſpectu laboris in recuperãdo quẽ ſuſtinebit ille emptor ita voluit Bart.in.l.pe.C. man.⁊ Bal.in.l.ij.C.ne liceat potẽ.⁊ ſic vident cõiter docto.ſentire ꝙ nõ põt actio emi ꝓ minori pretio q̄ꝫ ſit in ea.niſi habito reſpectu ad ꝑdicta.do.Abb.tñ multum ſimpliciter in.c.fin.de alie.iudi.mu. in.iiij.col.firmat ꝯrium ꝙ Inno.vltra illa duo habeat reſpect⁹ ad dubium euentũ litis cũ poſſet perdere cauſam etiam iuſtã propter iudicis defectũ:tum qꝛ debitor poſſit interiꝫ effici inops.iđ.d.tex. no.in.l.minus.ff.de reg.iur.ꝙ minus eſt habere actionẽ q̄ꝫ reꝫ. Et ideo cũ quis emat quaſi ſpem ⁊ euentũ iudicij futuri ridiculũ eſſet dicere ꝙ pretiũ de neceſſitate debeat eſſe tñ q̄tum eſt in actione.ꝓ hoc adducit dictuꝫ Inno.in.c.in ciuitate.de vſu. vbi concludit ipſe

7 Inno.ꝙ cũ bona † cõſcientia põt quis emere actionẽ iam ortã tpe cõtractus etiã ꝓ minori ꝑtio:qꝛ exponit ſe periculo.alia adducit ẽt do.Abb.que videri poſſunt ꝑ eũ in.d.c.fi. Iſta ſufficiant ꝓ preſenti que ſatis placet ꝯ Bar.⁊ Bal.ver.ſ. ¶ Stat modo pulchra dubitatio circa ꝓbationẽ iſtius valoris rei in quo iudicio meo eſt difficultas ꝓpter ſcribentiũ incõſideratã varietatẽ ſup glo.c. cum cã.de teſti.ſ.que ſuper hoc laboraui. Primo enim ſciendũ eſt ꝙ qñ aliq deponunt de valore alicuius rei dicunt deponere de re ſenſu corporeo nõ perceptibili.ſed potius iudicio intellectus.ita firmat Bar. in prealleg.l.pretia rerũ.⁊ in.l.ij.C.de reſcin.vẽ.⁊ aliquid in tracta. de teſte.firmat Abb.in.d.c.cũ cã.in.ij.col.⁊ Fely.in.c.cũ cãm.eo.ti. ex qua cõcluſione eliciunt duo. Primũ ꝙ teſtis deponẽs de valore rei debet reddere cauſam etiam nõ interrogatus ſm Inno.ſing.in d.c.cũ cauſam.cõiter ab oibus approbatus.vt ibi Fely.in.iij.col. ſꝫ qđ elicit ex ſupradicta concluſione eſt ꝙ ſatis eſſet ſi teſtis pro rõne diceret:qꝛ ſic mihi videt argu.l.ordinata.ff.de lib.cau.⁊ qđ ibi per Bar.iſtã cõcluſionẽ firmat Cardi.in.d.c.cũ cã.⁊ domi.Fely.in fi.c. quotiens.ſ.de teſti. Idẽ tñ Fely.ij.colũ.in fi.in.d.c.cũ cã. Et firmat audacter cõtrarium qđ Inno.percipit iſta depoſitio eſtimationis ſenſu corporeo.iđ non valeret dictũ teſtis deponentis pro cauſa:qꝛ ſic mihi v̄r.⁊.d.ita dicere.d.Cardi.ibi ⁊ falſum.d.c.qꝛ cõtra.d.Car. ⁊ contra ipſemet Fely.dixerat in.d.c.cũ cãm.dum dixit ꝙ deponẽs de rei eſtimatiõe nõ deponit de re ꝑceptibili ſenſu corporeo. Abb. vero in.d.c.cum cauſa.vt dixi firmat qđ iudicio intellectus deponunt.⁊ tñ nullo mõ vult ꝙ valeat iſta rõ teſtis:qꝛ tñ ego darẽ ꝓ ea qđ ẽ idẽ ac ſi diceret tñ res valet.qꝛ ſic mihi v̄r.vult ergo ipſe Abb.

8 ꝙ deponere † debeãt teſtes dãdo rõnẽ cõcludẽtẽ cõem eſtimationẽ que cũ variat ex tpe ⁊ loco debent ſe reſtringere ad locũ vbi res eſt ⁊ ad tp̄s vẽditionis dicẽdo ꝙ talis res tali loco ⁊ tpe ſolebat cõiter vendi ꝓ tãto.vel cõiter reputabat ꝙ valebat tñ.⁊ pro tanto cõiter vẽdita fuiſſet.⁊ in hoc reprehẽdit Bar.in.d.l.ſi ſeruus.ff.de condi. furti.q volebat ꝙ teſtis diceret ꝓ ratione tñ valet.qꝛ pro tanto potuiſſet vendi. Nam dicit Abbas ꝙ non valet conſequentia poterat pro tanto vendi.ergo tantum valuit:quia multi in pretio decipiunt.vides ergo ex ſupradictis ꝯrietatem ſcribentium ⁊ confuſio-

9 nem ex eorũ dictis maxime Abb.qꝛ vnum † affirmat ⁊ aliud aperte infert ſi cõſideret iſta ratio eius in teſtibus preſuppoſita ꝯcluſione eius in principio dũ firmat eſtimationẽ reruꝫ nõ ſenſu corporeo.ſꝫ iudicio intellectus percipi iudicio aũt meo firmandum videret ꝙ deponens de valore vel eſtimatione alicuius rei dicat deponere de re ſenſu corporeo perceptibili nõ aũt de re ꝑceptibili iudicio intellectus:⁊ per ꝯñs erit inferendũ ꝯriuꝫ eius qđ ſuperius dixeramus ſm Abb.⁊ alios videlꝫ ꝙ nõ ſit obligatus teſtis reddere rõnem nõ interrogatus vt vnico verbo ſenſit Jo.de imo.⁊ do.Cardi. in.d.c. cum cãm. Scđm qđ infert eſt ꝙ debet teſtis in depoſitione ſua deponere per ſenſum corporeũ poſtq̄ꝫ vt dixi ſunt ſenſu corporeo iſta

perceptibilia

perceptibilia ꝙ hoc ſit verũ pondero tex.noſtrũ in verſic.cõmuni-
ter ⁊ ꝙ proxime dixi ſuper.iij.not.Abb.vbi ꝓbatur ꝙ tantũ valet
res quãtũ cõmuniter vendi poteſt.ineſt enĩ.in valore vel in eſtima-
tione iſtud qđ cõiter ita fuerit ⁊ conſtat ꝙ iſtud eſt ſenſu corporeo
perceptibile:qꝛ vel per viſum vel ꝑ auditũ:ergo neceſſario cõſtat ꝙ
nõ percipiat valor iudicio intellectus.ꝓcederent enim dicta in pri
mo iſtius qõnis qñ valor vel eſtimatio deberet ꝓbari ſine illa qua-
litate erroris vſus ⁊ tunc procederet doctrina Bar.in.d.l.ſi ſeruus
reprehenſa per Abb.verſic.ſ.ſed quia dixi probanda eſt eſtimatio
cõmunis ideo firmanduꝫ eſt qđ dixi ſenſu corporeo eſtimationem
perceptibilem ⁊ vt meis detur audientia verbis adduco in ſimile.
ſin.doc.Barto.in.l.labeo.ff.de ſuppellecti.lega.vbi ponit ꝙ in pro
10 bando cõmuni vſu † loquendi requiritur ꝙ teſtis deponat ꝑ ſen-
ſum corporeũ alias nõ probaret adeo ꝙ ſi diceret teſtis ꝙ cõmuni
ter ſic dicitur niſi ſubiũgeret qđ ita audiuit non probaret vt ibi ſin-
gu.Bar.quem ſequitur Bal.in fin.l.de quibus.ff.de.ll.⁊ Anto.de
but.in cõmento.c.fi.de conſue.in vlti.col.ex quo infertur ꝙ exẽpla
Abb.de quibus.ſ.corruunt eodẽ modo ſic diſpoſitio illius qui di
cebat ꝙ ſic cõmuniter dicebatur poſtꝙ̃ nõ atteſtatur per aliquem
ſenſum corporis dicendo qđ pro tanto cõmuniter vidit ſimilẽ rem
vendi ſicut dixit Bar.debere deponere teſtẽ de cõmuni vſu loquẽ-
di deponentẽ videlicet qđ ita cõmuniter audiuit dici nec ſufficeret
ſi dicerent.ita cõmuniter dicitur qđ dico diligenter notanduꝫ pro
intelligentia ⁊ declaratione ſupradictoruꝫ poſtꝙ̃ non video quod
in aliquo differant quantũ ad ſenſum corporeũ probare cõmunem
valorẽ rei vel cõmunẽ vſum loquendi qui vellet tamen defendere
exemplum Abb.in quo explicite nulla mentio ſenſus corporei ha-
tur eſſe opus qđ deſtrueret illam doctrinã Bar.in.d.l.labeo cõtra
quam do.Fely.ſingul.inſtat in prin.decre.vj.col.in prin.vbi cõclu-
dendo dicit ꝙ vꝫ dictũ teſtis deponentis non per ſenſum.ſed per
cauſam ſenſui propinquaꝫ.vt de teſte qui dicit ꝙ ſcit:quia preſens
fuit.facit qđ dicitur in.l.j.ff.ſi cer.pet.de teſte dicente ſcio:quia vici
nus de quo per Abb.in.c.quoſdã.de preſcrip.facit etiam qui dici-
11 tur de teſte dicente ſcio conditionem talis:† quia ſum coniunctus
ſuus qui preſumitur ſcire qualitateꝫ coniuncti.l.octaui.ff.vnde co-
gna.⁊.l.de tutela.de in inte.reſti.mino.Ita dicamus in propoſito:
qꝛ dicendo qđ talis res tali loco ⁊ tempore ſolebat cõmuniter ven-
di pro tanto ſatis diceretur deponere teſtis per cauſam ſenſui pro-
pateretur ipſa eccleſia pateretur mediante imprudẽtia alterius ſcꝫ
prelati vel ipſorum clericorũ quo caſu minor leſio ſufficit ad reſtitu
tionẽ habendã:vt voluit Bar.ſing.lꝫ ſub dubio forte in.l.ſi ſocieta
tẽ.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.de quo Abb.facit mentionẽ in.c.cũ cau
ſa.ĩ.eo.ꝛ in.c.quintauallis.in.xvj.co.de iureiu.lꝫ Bart.in ſua gene
ralitate reprehẽdat reſpectu tñ ipſius eccleſie vel minoris qñ ledun
tur mediantibꝰ procuratoribꝰ ſatis aſſentit ꝛ ſm intellectũ quem
ipſe de nouo cõcepit in.d.c.quintauallis ad.l.vnde ſi nerue.cum.l.
ſeq.ff.pro ſo.ſatis diceretur eccleſia enormiter leſa.qñ in tertia par
te eſſet leſa.quo caſu ſatis poſſet petere reſtitutionẽ vtputa ſi res va
leret.xxx.ꝛ eam venderet pro.xx.lꝫ ſi diſtãtes a dimidia iuſti precij
per.v.in minori aũt damno iudicis arbitriũ erit cõſiderata pauper
45 tate ipſius eccleſie per ſupradicta.¶ † Capio modo vltimã gloſ.ꝛ
in fine eiuſdem dum dixit ꝙ non valet cõtus.eam no.Abb.in eo ꝙ
ponit differentiã inter cõtus bonefidei ꝛ ſtricti iuris vt ſi dolus de
derit cauſam contractui bonefidei ſit ipſo iure nullus:ſecus ſi de
dit cauſam cõtractui ſtricti iuris ſi antẽ viderit in cõtractu bonefi
dei valebit cõtractus:ſed agetur ad ſupplementum reſidui.l.iulia
nus.ff.de actio.empt.iſtam eandem opi.firmat gloſ.apud legiſtas
in.l.ij.C.de reſcin.vend.ꝛ in.l.elegãter.ff.de doli.ꝛ iſta eſt cõmunis
opi.vt hic refert Jo.de imo.in.iij.col.circa fi.quem ſequitur dom.
Abb.ex fundamẽtis Barto.in.d.l.eleganter.fidelius tamen recita
tis per Ange.de are.in.§.actionum.in.ij.col.inſti.de actio.probat
enim iſtam concluſionẽ Bar.inter alia vno ſingulari fundamento
dicendo ꝙ ſi cõtractus bonefidei teneret dolo dante cauſam con
tractui ſequeretur ꝙ actio deſcendens ex eodem cõtractu median
te qua dolus purgatur daretur contra heredes:vt.l.ſi hominẽ.in
§.datur.ff.depoſi. Sed iſtud conſequens eſt falſum:quia tali caſu
contra heredes non datur actio:vt in.§.aliquando.inſtitu.de per
pe.ꝛ tempo.act.ergo clare demonſtratur contractum eſſe nullum
ꝛ iſtam etiam firmat do.Alexan.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.
oblig.poſt gl.ibi.contrariã tamen opi.firmauerunt vltramontani:
maxime Pe.de bellapertica:vt refert Cyn.in.l.ij.C.de reſcin.ven
di.dicentes ꝙ falſe ſunt glo.que faciunt iſtam differentiã:quia do
lus nunꝙ annullat contractũ ſiue bonefidei ſiue ſtricti iuris mouẽ
tur inter cetera:quia ex quo cõtractus habet ſua ſubſtantialia:puta
cõſenſum cõtrahentiũ ꝛ precium debet tenere.l.dolo.C.de inuti.ſti
46 pu.l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.† Nec verum eſſe dicũt
ꝙ hoc caſu dolus impediat conſenſum:quia ſi hoc eſſet veruꝫ neqꝫ
valeret cõtractus ſtricti iuris.l.inter ſtipulantẽ.in princi.ff.de ver
bo.obli.cuius contrariũ eſt expreſſum in iuribus preallegatis.pro
quibꝰ etiam facit.l.ſi dolo.de reſcin.ven.C.ꝛ.l.iulianus.§.ꝛ per cõ
trariũ.ꝛ.§.ex vendito.ff.de act.emp.vbi in contractibus bonefidei
dolo dante cauſam cõtractui ſatis idẽ probatur poſtꝙ in illis legi
47 bus cõtractus reſcindit. Tertio pro iſta opi.facit.l.metum.§.vo
lenti.ff.qđ me.cau.vbi tenet cõtractus initus per metũ licet veniat
reſcindendus actione qđ metus cauſa:vt le.ꝛ no.in.c.abbas.quod
met.cau.ꝛ iſtam opi.vltramõtanorũ apud nos ſequitur Joã.and.
qui etiam ſuaderi poſſet elegãti fundamẽto. Si enim cõtractus bo
nefidei eſſet nullus dolo dante cauſam cõtractui ſequeret ꝙ ex eo
dem cõtu dominiũ nõ trãſferretur.l.non dubium.C.de legi.Bart.
in.l.j.§.ſi vir.ff.de acquir.poſ.vbi etiam do.Alexan.ſed cõſequens
eſt falſum:quia immo transfertur dominiũ etiam dolo dante cauſam
contractui:vt in.d.l.eleganter.in princ.ff.de do.ergo ꝛ antecedens.
Quibus tamẽ non obſtantibꝰ tenenda eſt cõis opi.nec aliter dici
poteſt poſtꝙ iura aperte hoc dicunt:vt probatur in.d.l.eleganter.
in prin.ꝛ aperte in.l.iij.ff.pro ſo.ꝛ probatur ſingulari fundamento
ꝛ incõuincibili preſupponẽdo ꝙ liberatio regulat ſm naturã con
tractus cui adijcit:quia ſi adijciatur cõtui bonefidei dicitur cõtractus
liberationis bonefidei ſi cõtractui ſtricti iuris liberatio erit ſtricti
iuris.legi.ꝛ no.in.l.de tutela.ff.de in integ.reſtit.mino.probat text.
in.l.ab emptione.ff.de pact.ꝛ ita Barto.in dicta.l.eleganter.poſt
48 prin.quem omnes doc.ſequuntur.† Modo dico ꝙ liberatio ad
iecta cõtractui bonefidei dolo dante cauſam cõtractui eſt ipſo iure
nulla:ſecus ſi cõtractui ſtricti iuris:quia nihilominus valebit ipſo
iure:ex quo manifeſta apparet differentia inter contractum vel di
ſtractũ bonefidei ꝛ ſtricti iuris.primum probat text.in.l.eleganter.
§.non ſolum.ff.de dolo.ſcđm probat tex.in.d.l.eleganter.ſed meliꝰ
in.l.cum poſtea.C.de pac.ꝛ iſtam conductionem no.quia cõfirmat
multum quod dicit Bar.in.l.eleganter.dum dicit ſi liberatio dolo
dante cauſam annullatur.ergo multofortius obligatio.argumen.
l.arrianus.ff.de act.ꝛ obli.ff.ꝛ iſtud voluit hic Abb.dicere qñ dicit
de dolo dante cauſam cõtractui manumiſſionis:quia voluit dicere
liberationis.ꝛ aliter ſm ꝙ ipſe loquitur male diceret nec probaret
in.d.l.eleganter.immo probaret contrariũ in princip.dum de ma
numiſſione tex.loquitur ſm ꝙ communiter ſolet intelligi per Bar
to.ꝛ Alexan.in.l.j.§.ſi vir.ff.de acquiren.poſſeſ.de quo.ĩ.in vltimi
contrarij reſolutione. Non obſtat modo in contrarium adducta.
49 † Primũ dum dicebat Pet.ꝙ propter dolum nõ impedit cõſen
ſus:quia cõſtat qđ falſum dicit:quia cum error ſit in cauſa cõſenſus
videtur cõſenſus adhibitus ſub cõditione ſi verũ ſit illud ꝑpter qđ
inductus fuit ad cõtrahendũ quod cũ ſit falſum cõſtat defuiſſe cõ
ſenſum ꝛ ſic ſubſtantiale:ꝛ ſi dicas modo eadẽ oĩmoda ratione idẽ
in cõtractibus ſtricti iuris dicendũ:quia cum error ſit in cauſa cõ
ſenſus videatur ſub cõditione adhibitus. Barto.reſpondet in.d.l.
elegãter.iiij.col.dicẽdo ꝙ ibi adeſt cõſenſus licet adhibitus fuerit
per cauſam in qua errauit:quia tamẽ illa cauſa eſt extra contractũ.
ideo nõ attenditur in cõtractibus ſtricti iuris de iuris rigore licet
de equitate ſecus:vt in.d.l.ſi dolo.de inuti.ſtip.ſecus in cõtractibꝰ
bonefidei:quia in eis habetur ratio de eo quod eſt equũ licet in cõ
tractu nõ veniret.ſed iſta ratio nõ ſatiſfacit ꝙ ſit vel nõ ſit cauſa er
roris extra cõtractũ:quia ſi ꝓſupponimus propter errorẽ qui eſt in
cauſa conſenſus ꝙ dicatur conſenſus conditionalis.eodem modo
videtur dicendũ in cõtractu ſtricti iuris.ꝛ ita hic Jo.de imo.in.v.
col.reprehẽdit Bar.ꝛ ſic vr ꝙ illa cauſa cõſenſus ſit ipſius contra
ctus non aũt extra.propter qđ neqꝫ placet ratio Abb.nec Jmol.h
v.col.que cõis eſt dum dicunt ꝙ ideo eſt iſta dr̃ia:quia cõtus ſtricti
iuris iudicantur ſtricte ꝛ bonefidei ſm maximã equitatẽ.in quibꝰ
multa veniunt de quibus expreſſe non eſt actum:quia dico ꝙ licet ſint
ſtricte

ſtricte interpretãda cõſenſum tamen petunt.d.l.inter ſtipulantẽ.⁊
vbi adeſt cõditionalis ceſſante cõditione ceſſat conſenſus.⁊ per cõ
50 ſequens ꝯctus non deberet valere.† Quapropter pro ratione ſin-
gulari ⁊ al's non guſtata videndus eſt. Bal.in fi.c.i.de plus peti.vbi
dicit multũ no.ꝙ ꝯctus boneſidei ſunt iuriſgentiũ ⁊ in eis attendi
tur principaliter cõſenſus. Sed in cõtractibus ſtricti iuris cũ pro-
cedãt a iure ciuili a quo habent fomentũ ideo mero iure valent qđ
declaro ideo non immerito poſtꝙ cõſiſtit ex ſuo principali ſubſtan
tiali.ſ.verborũ: ſi dicamus ꝙ dolus qui dat cauſam ꝯctui ſtricti iu-
ris non annullet cõtractum de ſubtilitate iuris poſtꝙ principalius
verba ꝙ cõſenſus in eo cõſiderãtur vt aperte demonſtrat tex.in.l.j.
ff.de ver.obli.in prin.vbi plus verba ꝙ cõſenſus operantur per qđ
ſatis ſingulariter declarãtur leges inducte per glo.⁊ vltramõtanos
que loquunt̃ ſolum in contractu ſtricti iuris.ſ.ſtipulationis: vt pa-
tet in.l.ſi quis cum aliter.ff.de ver.obli.⁊ in.l.dolo.C.de inutil.ſtip.
⁊ in.l.cum poſtea.C.de pac.de quibus in glo.noſtra hoc dico vt cõ-
ſideres in alijs ꝯctibus ſtricti iuris a ſtipulatione de qua vt dixi ſo-
lum loquunt̃ leges preallegate: qꝛ iſta ratio formalitatis verborʒ
non cõcluderet: ⁊ per cõſequens non eſſet abſurdũ: in alijs idẽ pre-
cludere qđ in ꝯctibus boneſidei.quicquid gloſ.dixerint ſimpliciter
differentiã faciẽdo inter ꝯctus boneſidei et ſtricti iuris.qđ eſſet di
51 ctũ nouum ⁊ inauditũ.in quo relinquo cogitandũ.† Qui aũt ſint
alij ꝯctus ſtricti iuris vltra ſtipulationeʒ patent ex preallegato ſin-
gulari dicto Bal.⁊ aliquid vide per glo.in.c.cũ venerabilis.de ex-
cep.⁊ per Jaſ.in.d.l.cum poſtea.de pact.C.ar.tex.ibi.vbi inuenies
exemplũ in actione.ex mutuo ⁊ iudicato ⁊ in arbitrio.qđ tñ dixi de
ſtipulatione intelligo niſi eſſet adiecta cõtractui boneſidei: qꝛ tunc
dolus dans ei cauſam eam annullaret ipſo iure.ita do.Alexã.poſt
glo.⁊ alios in.d.l.ſi quis cum aliter.in prin.Non obſt.modo id qđ
ſcđo loco pro vltramõtanis adductũ fuit.l.ſi dolo.⁊.d.l.iulianus.§.
per ꝯtrium.⁊.§.ex vendito de quibus.ſ.quia dico inquantũ in eis
probatur ꝙ dolus dabat cauſam cõtractui boneſidei ⁊ ꝙ reſcindit
cõtractus dʒ intelligi de facto ſicut de facto ꝓceſſit poſtꝙ per alia
iura conſtat contractũ nullum: vt iura iuribus cõcordentur.ita ſen
tijt glo.in.d.l.ſi dolo.facit in ſimili gl.in.l.ſi minor.ff.de euict.et in
cle.ij.vt li.pẽ.⁊ videas multa in ſimili recollecta per Fely.in.c.qua
liter ⁊ qñ.el.j.de accu.in.iij.folio.iij.⁊.iiij.colũ.bonus eſt text.et ibi
52 Fran.in.c.j.de ſup.neg.prela.li.vj.† Non ob.ꝙ tertio loco dictũ eſt
de cõtractu metu inito: qꝛ ibi ſatis adeſt ꝯſenſus: qꝛ volũtas coacta
voluntas eſt: vt ſatis per doc.hoc declaratur.Nec ob.ꝙ vltimo lo-
co dicebam pro vltramontanorũ cõprobatione dum dixi ꝙ ſi con-
tractus eſſet nullus dominiũ non transferretur ⁊c.qꝛ reſpondeo ne
gãdo in.d.l.eleganter.in prin.fuiſſe cõtractum nullum: qꝛ imo fuit
aliquis: qꝛ ibi fuit adhibitus dolus per tertiũ non per ipſos cõtra
hentes quo caſu certũ eſt qđ cõtractus valet vt hic voluit glo.fi.pro
hoc adducẽs tex.in.d.l.elegãter.qđ Jmo.magnifacit hic in.iiij.co.
in fi.vnde mirandũ eſt de Bar.⁊ de Alexã.in.d.l.j.in.§.ſi vir.ff.de
acq.poſ.dum dicunt reſpondendo.d.l.elegãter.propter illud quod
ibi dicit̃ ꝙ ex cõtractu nullo non transfertur dominiũ.ꝙ tex.in.d.l.
elegãter vltra proceſſit.licet in prin.l.ſi quis aliter.idem Alex.dixit
ꝙ fuit dolus incidẽs in.d.l.ideo cõtractus valuit.† Ego aũt dico
53 vt.ſ.dixi ꝙ ibi contractus fuit validus: qꝛ dolus qui dedit cauſam
fuit adhibitus per tertiũ ⁊ non per contrahẽtes.modo dico etiam
fortius preſuppoſito ꝙ in.d.l.eleganter.in princi.cõtractus fuiſſet
nullus adhuc facilis eſſet reſponſio: qꝛ ſi.d.l.eleganter dʒ intelligi
opponente eo qui dolum paſſus eſt vt ibi voluit glo.⁊ Bar.in.iiij.
col.⁊ ſentit hic Abb.fi.col.tunc conſtat contractũ nullũ eſſe ſub cõ-
ditione ſi opponat ⁊ non ſimpliciter ⁊ tali caſu trãſfertur dominiũ
ex cõtractu nullo ſub cõditione.ita voluit Barto.in.d.§.ſi vir.circa
finẽ allegãdo tex.in.l.ſub cõditione.ff.de dona.⁊.l.dotis fructus.ff.
de in.do.⁊ iſto modo tollitur cõtrariũ.d.l.eleganter. preſuppoſito
vt dixi contractũ eſſe nullum ⁊ ꝙ ex eo transfertur dominiũ.ꝑter
ea nõ in iſtis contractibus boneſidei ⁊ ſtricti iuris omittendũ vnũ
ſingulare dictum Bal.in.d.c.de plus petitio.in fi.vbi dicit omnes
cõtractus de iure canonico eſſe boneſidei aut ſortiuntur naturam
boneſidei quantũ ad effectũ.⁊ ideo dolus dans cauſam cuicũqʒ cõ
tractui eſſet nullus ⁊ ibi dicit ꝙ non recordatur legiſſe de iure cano
nico differentiã inter contractus boneſidei ⁊ ſtricti iuris cuius di-
ctũ Jaſ.magnifacit in.l.cum poſtea.C.de pact.in.j.col.⁊ in.l.quod
te.ſi cer.pet.in penul.col.vtrobiqʒ tamen dãnat: lʒ vt ſolitariũ nota
uerit: qꝛ dicit ꝙ ſatis eſt ꝙ de iure ciuili note˜ differentia poſtꝙ nõ
eſt materia peccati ſeu ſpiritualis: per tex.⁊ ibi no.in.c.j.de ope.no
54 ui nun.† Sed ab iſta impugnatione Bal.poſſet facile defendi: qꝛ
quotiens lex ciuilis fouet rigorẽ quendam lʒ expreſſe nõ reprobet̃
per canonẽ: tamen talis rigor nõ ſeruatur in foro canonico.ita pro-
bat tex.⁊ ibi Abb.no.in.c.filius noſter.de teſta.in prin.facit tex.i.c.
dilecti de iudi.ſed in caſu noſtro eſt huiuſmodi: quia in hoc lex fo-
uet rigorem: vt probat tex.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de ver.oblig.ibi
de iuris ſubtilitate.idem voluit Bar.in.d.l.elegãter.in.iiij.co.⁊ iſta
defenſio iudicio meo ſatiſfaceret vnicuiqʒ legẽti.Sed idem Jaſon
in.d.l.qđ te.alio modo reprehendit Bal.dicendo caſum eſſe de iu-
re canonico in.c.cum venerabilis.de excep.ibi dũ dicit tex.permu-
tationẽ inter cõtractus boneſidei cõputari.Sed cũ ſupportatione
hoc ille tex.non probat: quia illa fuerunt verba partis allegãtis nõ
aũt legis diſponentis ⁊ verba narratoria partis non faciunt iuris
diſpoſitionẽ.iuxta no.per glo.in.l.vni.C.quan.non peten.par.et in
c.oblate.de re iudi.lib.vj.cũ ſi.⁊ ſic videtur dictũ Bal.ſuſtentabile
ex quo feci al's magnũ capitale pro ſingulari ⁊ incognita defenſio-
ne.tex.cõiter difficilis in.c.ſuam.de penis.propter text.in.l.v.in.§.
fi.ff.de ver.ob.cũ alijs adductis in cõtrariũ per gloſ.⁊ doct.in eo.c.
Sed modo vehemẽter dubito dictũ Bal.de iure non poſſe ſuſtine
ri: qꝛ videtur mihi eſſe text.apertum in contrariũ de iure canonico
in.c.cũ eccleſia ſutrina.de cau.poſſ.⁊ ꝓprie.iuncta ſua glo.ibi enim
papa approbat expreſſe ius ciuile quo cauetur omnia venire in iu-
dicio.de quibus nominatim dictũ non eſt ne veniãt quam regulaʒ
ius ciuile intelligit in boneſidei iudicijs ſeu contractibus: ſecus in
contractibꝰ ſtricti iuris: vt in.l.quicquid aſtringende.ff.de ver.ob.
facit.c.cũ dilectus.de arbi.⁊ ita glo.in.d.c.cum eccleſia.in ver.id ve
nire.facit bona gl.in.c.inter corporalia.in ver.nõ inuenitur.de trãſ-
la.prela.per qđ videtur aperte cõfundi dictũ Bal.ſi ab iſto morſu
55 aliquis eũ non defendat.¶ † Jtem no.ꝙ omnis cõtractus factus
coram principe dꝛ habere naturã boneſidei.ita dicit Bal.in.c.j.de
pa.conſtã.in vſi.feu.quod no.Fran.de crema in ſing.ſuis.in.ij.fol.
vnũ aliud non omitto qđ lʒ vltima voluntas ſit ſtricti iuris habet
tamen inſtar boneſidei.ita Ang.de are.in.§.loca.inſti.de ver.obli.
in.j.col.per.l.alias.ff.de in li.iu.iuncta.l.in minorẽ.C.de in integ.re
ſti.Redeundo modo ad Abb.circa inductũ dolo ad contrahendũ
excipit do.Abb.inductũ doloſe ad ingreſſum religionis: qꝛ iſte ta-
lis cõtractus ratione doli non reſcindatur per tex.in.c.dudũ.de cõ-
uer.coniu.qđ tu intelligas quando eſſet dolus q non caderet in pru
dentẽ virum.⁊ hoc modo intelligatur.d.c.dudũ.ſecus ſi dolus ca-
deret etiam in prudentem viruʒ: qꝛ tunc non teneret monachatus.
ita Jmo.in.c.cum dilectus.qđ me.cau.Fely.in.c.iij.de appel.quod
eſt famoſum: ⁊ vnũ etiam nota.in iſto paſſu ꝙ bona inducti per do
lum ad religionẽ qñ propter bona fuit inductus reſeruãtur ſuis he
redibus lʒ monachatus teneat.ita probat tex.in.c.cõſtituit.xx.q.iij.
quem cõmendat Abb.in.c.preterea.de offi.dele.⁊ in.c.in preſentia.
56 de proba.⁊ in.c.in noſtra.de ſepul.⁊ in.d.c.dudum.¶ † Jtem limi
tat ſcđo ipſe dom̃.Abb.non habere locũ predicta etiã in matrimo
nio carnali in quo licet dolus det cauſam cõtractui non vitiatur cõ
tractus.all'.glo.in.l.a diuo pio.ff.de ritu nupt.⁊ eũ ſequitur Alexã.
in.d.l.elegãter.in ſuis apoſtil.addo glo.in.c.cum dilectus.qđ met.
cau.que hoc vult.⁊ eſt ſimilis in.c.ex parte.de reſtitu.ſpo.⁊ in.c.per
tuas.de cond.appo.vbi cõmuniter doc.ita tenent.⁊ Bal.in.l.cum
archimedorã.C.vt in poſ.leg.⁊ ſolũ adducit hic Abb.ſimilitudinẽ
matrimonij ſpiritualis que cũ multis differant: vt per.R.d.Alex.
in.c.tue.de ſpon.alio vtor fundamẽto ⁊ adduco.§.j.xxix.q.j.q ſingu
lariter diſtinguit inter errorẽ perſone fortune conditionis vel qua-
litatis: quibꝰ mediantibꝰ quis inducatur ad matrimoniũ contra-
hendũ: qꝛ ſi eſt error fortune vel qualitatis: vt qꝛ diues qui pauper
eſt.vel bonus qui malus eſt doloſe affirmatur non vitiat matrimo
niũ.facit quod do.Alex.in fi.c.ſi.de cõiu.lepro.Hoſt.in ſumma de
commo.ſecus ſi eſſet error perſone vel cõditionis: vt quia Uirgiliũ
pro Platone capiebat vel ſeruũ pro libero: quo caſu matrimoniũ
non teneret.pro quo adduci poſſet quod ſing.cõſuluit Pe.de anc.
conſi.ccxxviij.patet etiã in ti.de coniu.ſer.per que conſtat doctrinã
57 Ab.ſimpliciter nõ eſſe veram.† Et ſi quiſpiam diceret vbi erratur
ibi nõ eſt cõſenſus.l.ſi per errorem.ff.de iuriſdi.om.iudi.reſpõdeo
poſt Arch.in.d.§.j.ꝙ non eſt cõſenſus in eo in quo erratur ſcilʒ in
qualitate: vel in fortuna.ſecus ſi in pſona vel in cõditione eſſet error
qꝛ tunc talis error impediret cõſenſum: qꝛ talis cõſenſus neceſſariꝰ
eſt ad matrimoniũ ⁊ nõ alius.ſ.qualitatis vel fortune: ⁊ hoc eſt qđ
voluit Bar.in.d.l.cũ archimedorã.dũ dicit qđ talis dolus non re-
ſpicit eſſentialia matrimonij ⁊ lʒ ab iſtis nõ eſſet recedendũ nec re-
cedo.multũ tamen repugnãt que ſuperius dixi poſt Bar.in.d.l.ele
ganter.iuncto.c.d.illis.de condi.appo.dixit enim Bar.vbi.ſ.com
muniter approbatus qđ vbi error eſt in cauſa cõſenſus ibi eſt idem
ac ſi ꝯctus fuiſſet cõditionalis: ſed ſi cõditionaliter matrimoniũ cõ
traxiſſet.ſi vxor mille ducatos haberet vel ſibi donaret non valeret
niſi exiſtente cõditione.d.c.de illis.ergo idẽ ſi dolo ab altero ꝯhen-
te inducatur.in hoc cogitabis: qꝛ diſtinctio de qua.ſ.non eſt neceſ-
58 ſaria.ſed ſolũ ꝓbabilis vtpote ꝗ a Gratiano fuit inuẽta.¶ † Non
omitto famoſum dictũ Bal.in.l.j.in vlti.col.C.ſi quis ali.teſta.pro
hi.vbi dicit quod dolus bonus dans cauſam inſtitutioni nõ vitiat
inſtitutionẽ: ponit exemplũ in eo qui volebat turpem perſonã inſti
tuere cuius frater ſibi perſuaſit ꝙ illa turpis perſona mortua erat
vt ipſum inſtitueret dicit enim dolum iſtũ eſſe irreprehenſibilem.
quid aũt de inducto per dolum malũ ad heredẽ inſtituendũ cauſa
ꝑiudicio deſcendentiũ vel trãſuerſalium.vide in.d.l.j.ſin.pꝰ Bal.in
col.fi.vbi not.gl.in.l.quotiens.ff.de heredi.inſtitu.que de Jacob et
Eſau facit mentionẽ.Jnquantũ Abb.hic ante vltimã oppo.dicit
ꝙ ꝯctus dolo initus non eſt nullus volente ⁊ valente dolum paſſo

poſtq̄ in eius fauorem hoc introductū eſt, addas in ſimili qđ ipſe dicit in.c.queadmodum.de iureiur.iiij.notabi.vbi vult quod licet adulteriū diſſoluat ſponſalia de futuro etiam iurata hoc tamē verum eſt ſponſo volente nō alias.facit glo.magna.in fi.in.c.j.de cō in.ſeruo.⁊ in.c.ſi quis acceperit.xxxiij.q.ij.facit bene gloſ.in.l.ij.C.teſti.in fi.que teſtem domeſticū volente aduerſario admittendū cōcludit.facit gloſ.fin.in ver.biennium.in.c.potuit.de loca.vbi Abb.in vlti.not.vult qđ volente dño non cadet emphiteoti carius a iure ſuo:licet non ſoluerit canonem per biēnium vel licet alienauerit irrequiſito dño ⁊ poſſet dici concluſiue qđ generalis cōceſſio in fauorem alicuius nō operatur ſi priuilegiatus velit vnde deponēs poteſt ſi vult admittere cōpenſationem licet depoſitarius non poſſit poſtq̄ in fauorem deponētis introductū eſt.Ita Jo.an.⁊ poſt euz Abb.in.d.c.queadmodum.de iureiur.ſuper glo.in ver.fortius.vide etiam multa alia que in ſimili poſuit.d.Fely.in.c.ſi.de iudi.in fi.vj.colū.inter alia no.dictū Joan.and.in.c.ſeries.de teſti.refert qđ in cauſa matrimoniali publicatis teſtibus poſſunt alij produci niſi teſtes producantur contra matrimoniū.itē refert ſingulare dictuz Pau.de caſt.cōſi.ccvj.vbi dicit ꝙ iudeus nō poteſt cogere quē ad vſuras poſt tempus quo pignus poni potuit in ſortem ⁊ ſi iudeus excipiat ꝙ nō poſuit:quia nō fuit ſeruata ſolita ſolēnitas dicet debitor ꝙ non curat:quia fuit in fauorem eius inducta que bene no.
59 ¶†Capio modo vltimā oppoſitionem Abb.de.l.miles.in.§.decem.de re iudi.vbi patet cōtra dñm ſerui qui dānū intulit poſſum agere preciſe petendo reſtitutionē dāni.⁊ ſic poteſt dñs ſimpliciter condēnari.Sed tamē ipſe habet poteſtatē reſarciendi damnū:vel dare ſeruū pro noxa.Ita ergo in propoſito debuit dici. Reſpōdet do.Abb.ꝙ argumentū procederet tenēdo opi.quorūdam.qui tenuerūt rem reſtitui eſſe in obligatione ⁊ ſuppletio.iuſti precij in facultate.Sed tenēdo contrariū ꝙ eſt veriuz:vt colligit ſatis in hoc c.⁊ in.d.l.ij.de reſcin.vendi.procedit iſte tex.quaſi vtrūq3 ſit in obligatione.Ex cuius dictis habetur iſta concluſio.venditor deceptus vltra dimidiā iuſti precij habet obligatum emptorē alternatiue ad rem reſtituendā:vel iuſtum precium ſupplendū.Ex qua ſcđm eū ſequitur alia concluſio magis ſingularis.Quod perempta ſpecie.in qua fuit deceptus vltra dimidiam iuſti precij agere poſſum ad ſupplementū iuſti precij.quod no.Fr n.de crema tāq̄ dictum ſingulare ⁊ valoris centum ducatorum in ſingularibus ſuis fi.col.qđ eſſet ſecus ſi res fuiſſet ſoluz in obligatione.Et ſuppletio precij.in
60 facultate:quia re perempta nō poſſet agi ad ſupplemētū.¶†Videamus modo que iſtaruz opi.ſit verior:⁊ primo dum dicit Abb.opi.fuiſſe quorūdam quod ſolū rei reſtitutio eſt in obligatione dicas ꝙ ita tenuit gloſ.in.d.l.ij.C.de reſcin.vend.quam ſequitur Cy.Bal.⁊ cōmuniter legiſte vt dicit Jmo.in.c.cum cauſa.ī.eo.pe.fol.ij.colū.vbi etiam dicit per.c.noſtrum cōmunē opinionē canoniſtarum eſſe in contrariū ſcilicet qđ vtrūq3 ſit in obligatione:ideo ibi dicit ꝙ quecūq3 iſtarum.opi.ſeruaretur in foro ſuo opinio canoniſtarum in foro canonico.legiſtarum vero in foro ciuili.⁊ ita eſt repoſita inter differentias inter ius canonicum et ciuile differentia.ccxxvj.de quibus in rub.feci mentionem ⁊ ſic de iure ciuili.¶Secunda concluſio Abb.de qua.ſ.non procederet.⁊ ita firmat Sal.in dicta.l.ij.Joan.and.vero hic ⁊ communiter canoniſte dicunt qđ tex.noſter venit ad declarationez illius difficultatis que fuit apud legiſtas in dicta.l.ij.quia cuz ibi dubitaretur per aliquos an vtrūq3 eſt in obligatione hic determinatur vna illarum opin.videlicet ꝙ vtrūq3 eſt in obligatione ⁊ certe ſi vera eſſet iſta cōmunis opin.canoniſtarū quam firmat Jmo.vbi.ſ.idem deberet dici de iure ciuili per tex.⁊ ibi not.in.c.raynutius.de teſta.ſi aperte contrarium de iure ciuili non cauetur:aut ſi non probatur hoc aperte de iure canonico firmare idem debemus quod firmat cōmunis opi.legiſtarū.non enim differentia inter ius canonicum ⁊ ciuile debet fieri ex doctorum opi.ſed potius ex autoritatibus neceſſarijs:vt conſtat ⁊ no.in.c.j.de no.ope.nun.Quapropter videamus ſi iſte text.noſter
61 probet † ꝙ vtrūq3 debeat eſſe in obligatione.vel ꝙ libellus fuerit nullus eo ꝙ fuerit p̄ciſe res petita.⁊ ſic quia donatio fuit facta ad rem reſtituendam.domi.And.dicit ꝙ ſic probat ex ſententia iudicis:quia talis preſumitur petitio.c.dudum.de conuer.cōiu.poſtq̄ ergo iudex ita condemnauit ad reſtitutionez.ergo ita petitum fuit preciſe rem reſtitui.in.c.vero cum cauſa.ī.eod.in antepe.colū.Do.And.per iura ciuilia ⁊ communē opi.legiſtarum nititur defendere ſententiā Decani in iſto.c.inquantū condemnauit ad rei reſtitutionē a qua condēnatione dicit ꝙ fuit appellatū ⁊ tempore appellationis fuit facta promulgatio iſtius.c.in quo certe inconſiderate loquitur:q2 cōſtitutio non extenditur ad pendentia per appellationē niſi quando conſtitutio dat modum p̄cedēdi: tunc trahitur ad pendentia quo ad facienda:vt no.in cle.ij.de iudi.in glo.fina.communiter approbata.cum ergo hic non dabatur modus procedendi:ſed iudicabitur de valore ſententie ⁊ proceſſus non ſm ius de nouo editum pronunciari debuit:ſed ſm iura ante edita.quando enim papa reſpondet cōſultationi vt hic fecit reſpondet de iure gl.in.c.conſultationi.de tempo.ordi.⁊ in.c.conſultationi.de tempo.ordi.⁊ in.c.ex tua.de fi.preſby.⁊ facit quod Abb.in ſimili.in.c.ſeq.⁊ licet poſſit reſpōdendo ius nouum condere.hoc non facit ad preiudicium litis pendentis.ita Abb.in prin.de excep.vbi Fely.in pn.
62 no.Igitur dicta domi.And.non ſunt vera.†Quapropter dixi.ſ.in princi.iſtius.c.in pe.no.ꝙ alia fuit ineptitudo in iſto.c.quam docto.crediderint:quia non ea ratione ꝙ rem preciſe petierunt canonici:ſed quia petierunt pronunciari contractum nullum:⁊ ita pronunciatū fuit ⁊ propterea ſententia irritata eſt.⁊ ita debet intelligi iſte tex.prout ſolus Anto.de bu.intellexit videns hanc difficultatē vt ita iſtum tex.euaderet qui al's ſm eum obſtaret cōmuni opinioni legiſtarum poſtq̄ ſolum fundamentū canoniſtarū eſt de iſto.c.quem Anto.ſatis ſequitur hic.Joan.de imo.viij.colum.in fi.Ego autem plus tibi dico qđ dato quod iſte tex.loqueretur prout communiter docto.dicunt ſcilicet quod agebatur ad rei reſtitutionez ⁊ ſententia talis fuit:adhuc dico nihil probari per iſtum tex.ſed communis opi.legiſtarū.hoc non obſtāte debet teneri:quia conſtat ꝙ fuit hic ſententiatū ad rei reſtitutionē cum effectu negādo parti facultatē ſupplendi iuſtum precium:vt ſuperius declaraui defendendo iſtam cōmunē opinio.eo modo quo defendi poteſt.tali modo enim procedere nō licuit iudici ſm opi.omnium.bene enim potuiſſet condemnare ad rei reſtitutionē ſimpliciter ⁊ ſententia valuiſſet quia optionē nihilominus habuiſſent fratres ſupplendi iuſtū precium.donec actione iudicati conuenirentur ſm Bart.in.d.l.ſtipulationes non diuiduntur.⁊ dixi ſuperius:ſed quia preciſe coegit rē
63 reſtituere eo modo:vt.ſ.dixi ſententia fuit irritata.†Et iſto modo intelligendo.c.noſtrum vel etiam ſm intellectum Ant.de butr.qui mihi ſemper plus placuit.prout eſt neceſſariū intelligere,nihil affert pontifex ad deciſionem antique altercationis.bene fateor tibi vnum ꝙ ſi hic Decanus ſimpliciter pronunciaſſet rem reſtituendam ⁊ eius ſententia fuiſſet irrita prout fuit tunc bene fuiſſet hic tex.apertus pro opi.cōmuni canoniſtarū.tollendo omnem altercationem:quia ſi non poterat pronunciari ſimpliciter rem reſtitui.ergo nec peti:⁊ per conſequens non ſola res fuiſſet in obligatione ſ3 vtrunq3 quod tene perpetuo menti.ſed poſtq̄ ſic non fecit ſed aliter vt.ſ.dixi conſtat iſtud.c.non poſſe adduci ad aliquā nouam cōſiderationem in preſenti articulo.Et ideo tenenda eſt communis
64 opi.legiſtarum poſtq̄ nihil eſt quod ei repugnet.†Eſt verum ꝙ colorate pro opinione canoniſtarum potuiſſet adduci tex.in.c.cum cauſa.ī.eodem.vbi papa in conſideratione ſua vtrūq3 ponit dicendo quod emptoris aut rem reſtituant precio recepto aut ſuppleāt iuſtum precium.ergo videtur quod vtrūq3 eſt in obligatione:quia ſi ſolum res fuiſſet in obligatione ⁊ ſuppletio precij in facultate nō erat opus ꝙ papa vtrūq3 alternatiue poneret:ſed ſatis fuiſſet condemnare ad rei reſtitutionē ⁊ poſtea cōdemnatus habuiſſet facultatem ſupplendi iuſtum precium ſm nota.in dicto.c.miles in.§.decem.Coadiuuatur iſta inductio:quia papa ibi in ſentētia vtitur verbo decernimus.quod eſt verbum ſui natura non iuris editiuū.Abba.in.c.paſtoralis.in princip.de excep.quibus tamen non obſtantibus adhuc adhereo communi opinioni ipſorum legiſtaruz poſtq̄ neceſſario nihil eſt in iure noſtro quod me cogat contrarium dice-
65 re.†Non ob.inductio de.d.c.cum cauſa.q2 reſpondeo ꝙ quando vnum tantum eſt in obligatione ⁊ aliud in facultate procedere poteſt libellus alternatiuus ⁊ eodē modo ſententia.tex.eſt nota.⁊ ibi do.Abb.iij.notabili.⁊ Jo.de imo.in prin.in.c.ex literis.ī.de pign.quaſi illud fiat ad abundantem cautelam.qđ teneas menti:quia ſeruit ſingulariter.Non obſtat illa inductio verbi decernimus:quia ſm ſubiectam materiam conſiderando non ſolet inducere ius nouum.facit tex.⁊ ibi no.c.decernimus.ſ.de iudi,vnde ex iſtis in puncto iuris concluſiones do.Abb.ſ.poſite ſubſiſtere non poſſunt:q2 immo res ſola erit in obligatione.Et ſuppletio precij in facultate.⁊ per conſequens re perempta non poterit agi ad ſupplementum.⁊ ſic.l.ſtichum aut pamphilum.ff.de ſolu.⁊.l.plerūq3.ff.de iure do.per quas ſe fundat do.Abb.nihil faciunt poſtq̄ in eis vtrūq3 erat in obligatione.

¶Sequitur famoſum.c.peruenit.

1 ☞Maritus ſi vendiderit rem donatam vxori propter nuptias eo mortuo vxor non poterit inquietare emptorē ſuper tali re.⁊.18.
2 Bona mariti ſpecialius obligantur p̄ donatione p̄pter nuptias q̄ pro dote.
3 Maritus non pōt alienare rem quā dedit vxori propter nuptias:etiā cōſentiente vxore frequēter.nu.4.
5 Donatio propter nuptias ſol.ma.reuertitur ad virū.
6 Jus aliqđ vbicūq3 eſt deductum in iudicio cōpetit parti:⁊ l3 pars ignoret d3 iudex ex officio ſupplere.
7 Solennitas extrinſeca preſumitur ex curſu magni temporis.⁊ nu.9.⁊.17.
8 Contradicere non valens an poſſit conſentire.
10 Diſtractio pretij dotalis valet quādo fit propter alendos vel redimendos parentes.

Uxor non

11 Uxoꝛ non agit ſuper rebus ꝓpter nuptias donatis conſtante ma-
trimonio.
12 Maritus nunq̄ lucreť fructus donationis ꝓpter nuptias.
13 Donatio propter nuptias dať ad tutelaꝫ dotis. Et an debeat gau-
dere eodem priuilegio cum dote.nu.14.
15 Uendere ⁊ vendẽti cõſentire an eq̄parentur: ⁊ nu.16.
19 Erroꝛ iuris non excuſat a mala fide.⁊ nu.20.⁊.21.
22 Preſcriptione: an ſit opus in his in quibus omnis ſolẽnitas iu-
ris interuenit.
23 Hypotecarie actioni inter preſentes ꝑſcribiť decem an.per tertiuꝫ
poſſidentem cum titulo.⁊ nu.24.

# Quod eſt intricatum valde

ſm do.Cardi.⁊ Abb.nec al's declaratur.⁊ ſꝫ do.And.
1 caret ſpiritu.hꝫ duos intellectus principales.† Unus
quem poſuit hic glo.ꝙ nõ interuenit pactum de lucrãda donatiõe
propter nuptias. Alius eſt ꝙ interuenit pactũ de lucrãda dicta do
natione.⁊ iſtũ ẽt glo.tetigit.ſm primũ intellectũ põt ſic ſummari.ſi
vir vendiderit rem donatam vxori ꝓpter nuptias eo moꝛtuo vxoꝛ
emptoꝛẽ ſup iſta re inquietare nõ põt.ſed ſm aliũ intellectũ poteſt
ſic ſummari. Si vir habet alia bona vnde vxoꝛ ſibi cõſulere poſſit ⁊
cõſentiente vxoꝛe rem eidẽ donatam ꝓpter nuptias vẽdiderit ⁊ in
vſus ſuos ⁊ vxoꝛis ꝑtiũ cõuerterit emptoꝛẽ qui rem triginta annis
poſſederit ſuper illa vxoꝛ inquietare non põt.h.d. ſꝫ intellectũ quẽ
ſequitur Jo.and.ſm vero.Cardi.⁊ Abb.poniť dictio maxime.ibi
dum dixit ⁊ in vſus ſuos.⁊ vxoꝛis pretiũ cõuerterit qḋ Joã.an.ne-
gat: qꝛ vult ꝙ oĩa concurrant que in iſto.c.poſita ſunt.ego autẽ ſm
intellectũ quẽ intẽdo dare ſic ſummo.ſi vir habebat alia bona vnde
vxoꝛ ſibi conſulere potuiſſet tpe ꝯtus emptoꝛem rei donate ꝓpter
nuptias vxori qui ſpacio legitimo bonafide ⁊ iuſto titulo poſſedit
nõ põt vxoꝛ inquietare ẽt ſi tempoꝛe quo agit nõ ſit in bonis mariti
vnde vxori conſuli valeat: maxime qñ pretiũ in amboꝝ vtilitatẽ cõ-
2 uerſum fuit. ¶ † Pro introductione notãdũ eſt ꝙ lꝫ oĩa bona ma
riti ſint hypotecata ꝓ dote ipſius vxoris ſpecialius tñ obligant pro
his que donata ſunt ꝓpter nuptias: vt hic dicit. Abb.ſi. col.⁊ Car.
in pria qꝛ lꝫ mulier poſſit renũciare iuri hypotece qḋ habet in aliis
bonis: vt in.l.etiã.C.ad velleya.non tñ põt in rebus donatis ꝓpter
nuptias in qbus non valet viri alienatio ẽt de ꝯſenſu mulieris ſine
ſolennitate.auť.ſiue a me.C.ad vell.de qua.ĩ. Ueniamus modo ad
rõnem dubitãdi que ſatis patet vt ea mediãte cum ratione decidẽ-
di nobis pateat iſtius.c.verus intellectus quẽ ſcio huc uſq; doct.nõ
3 habuerunt. ¶ † Pro ratione igiť dubitãdi capio primũ no. Abb.
hic dum dicit ꝙ res donata ꝓpter nuptias a viro vxori nõ põt alie
nari per maritũ ẽt cõſentiẽte vxoꝛe: vt in.d.auť.ſiue a me.niſi duo-
bus cõcurrentibus.primo ꝙ vxoꝛ cõſentiat ſcḋa vice poſt biẽniuꝫ.
Jtẽ ꝙ tñ ſit in viri facultatibus vt idẽnitati vxoꝛis poſſit conſuli.⁊
requiritur ꝙ facultas ſit in bonis mariti nõ ſolũ tpe ꝯtus vt qdã
dixerunt inter quos And.hic.v.col.ſed etiã tempoꝛe quo vxoꝛ agit
vel agere poteſt: vt no.hic cõiter per doc.⁊ in.d.auť.ſiue a me.⁊ ſen-
ſit hic glo.noſtra poſt mediũ.ad qḋ allegat hic do.Car.ſi.colũ.tex.
4 clarum ſm eum in auť.vnde ſumiť.⁊ in auť.ſiue a me.† immo dicit
colligi ex dicto coꝛpoꝛe nõ ſolũ ſi bis cõſentiat ipſa mulier vex etiã
ſi frequẽter niſi tempoꝛe quo agit ſit in bonis mariti.vnde ſibi con-
ſuli poſſit nõ ꝑiudicat mulieri cõſenſus ſuus ex quo ipſa leſionẽ in-
currit: al's ſi ſic nõ diceret nõ eſſet ſufficiẽter conſultũ vxori.circa qḋ
aliqd dicam pro veritate in ſi.c.iſta igiť fuit ratio dubitãdi: qꝛ non
interuenit ſcḋs cõſenſus poſt biẽniũ in iſta alienatione.⁊ rõnes al-
legate in text.nõ ſunt vere de per ſe nec ſimiliter iuncte ſm Abb.in
ii.col.ideo dicit difficilẽ videri rõnem decidendi. Addo ꝓ maioꝛi
ratione dubitandi ꝙ tempoꝛe quo agebať per vxoꝛẽ nõ erat in bo-
nis viri.vnde ſibi cõſuli potuiſſet ꝙ per ſupꝛadicta etiam ſi binus
cõſenſus interueniſſet ipſa vxoꝛ ꝯ vẽditionem venire potuiſſet qua
propter daņ plures intellectus ad iſtũ text.in quo nõ ob.ſupꝛadi-
ctis papa voluit emptricem nõ moleſtari lꝫ ſcḋs cõſenſus nõ inter-
5 uenerit.† Primus intellectus eſt ꝙ hic bene fuit iudicatũ emptri-
cem nõ moleſtandã poſtꝙ̃ iſta donatio ꝓpter nuptias ſol.mat.ad
virũ reuertiť.c.j.⁊.ii.ḋ do.inter vi.⁊ vxo.quaſi per hoc nõ intererat
mulieris nunc agere ꝓ re donata ꝓpter nuptias.iſta ſolu. ſm oẽs
doc.nõ hꝫ ſcrupulũ: qꝛ in ſe veriſſima eſt ſed tñ nõ conuenit huic li-
tere.fruſtra enim allegarenť rationes hic poſite ſi ille fuiſſet intelle-
ctus Abba.tamen antiquus cui placet hec lectu.no.ex tex.iudicem
poſſe ad decidendum ex ratione non allegata per parteꝫ: quaſi vel-
let dicere ꝙ papa nõ fuit motus pꝛincipaliter propter allegationes
de quibus in tex.ſed propter rõnẽ quã dixi.qḋ no. Abb.modernus
tanꝙ̃ verum in ſe: lꝫ nõ congruat.c.noſtro in quo papa vt dixi de-
cidendo habuit reſpectum ad contenta in tex.ego incidenter ꝓ iſto
dicto Abb.antiqui adduco tex.que etiam hic in.ii.col.And. addu
xit.⁊ qḋ ibi Abb.ii.col.poſt Jnno.in.c.raynutius de teſta.vbi dixit
6 generaliter ꝙ † vbicũq; aliquod ius eſt deductum in iudicio com-
petit parti: lꝫ pars ignoꝛet põt ⁊ dꝫ iudex ex officio ſupplere: qꝛ il-
lud eſt ſibi notum vt notoꝛiũ in iudicio de quo dicto feci mentionẽ
in.c.ĩ.pꝛoxi.etiam in rõne dubitandi ex quo ſoleo ſingu.inferre ad
pꝛobantem dñium vel poſſeſſionem de ꝑterito: lꝫ de pꝛeſenti ꝑ ꝑtẽ
nõ allegeť ſuppoſito ꝙ allegari debẽt de pꝛeſenti: vt cõiter tenetur
in.l.ſine poſſideris.C.de pꝛoba.⁊ in.l.certum.vbi glo. ⁊ Bart.ff.de
confeſ.§.j.⁊ Abb.in.c.cum ad ſedem.⁊ in.c.oliꝫ.iii.de reſti.ſpo.iu-
dex tamen poſſet allegare ẽt ita pꝛonunciare.ꝙ pꝛobat.c.ꝑterea.de
trãſac.ii.vbi ſing.Anto.⁊ Jmo.quicquid ſentit glo. in pꝛeallega.l.
certum.⁊ docto.vbi.ĩ.idem volentes: qꝛ per ſupꝛadicta ſine partis
allegatione iudex ex officio ſuo poteſt ſe in eo fundare ⁊ ſentẽtiare
qḋ teneas perpetuo menti: qꝛ eſt noua conſideratio incidenter ha-
bita ex iſto intellectu Abb.antiqui ad declarationem ⁊ intelligen-
tiam pꝛealleg.c.pꝛeterea.de tranſac.⁊ eoꝛuꝫ que Fely.dixit circa in-
telligentiam glo.in.d.l.certum.propter illud.c.ꝑterea in.c.ſcribam.
de pꝛeſump.in vlti.col.vbi reſpõdet alio modo vulgate.l.ſi adulte
rium cum inceſtu.§.idẽ pollioni.ff.de adul.vbi pꝛobatur exceptio-
nem etiã notoꝛiã pꝛoponendam per ipſam partem: qꝛ pꝛocedit qñ
pꝛeſumptio vel exceptio oꝛitur ex facto ꝓponẽtis: qꝛ tũc per eadeꝫ
eſt allegãda: ſecus al's per not.per Bar.in.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.
de quo Abba.⁊ Fely.in.c.afferte.de pꝛeſump.qḋ etiam not.pꝛo in-
telligentia glo.vulga.in cle.appellanti.de app.⁊ propter iſtud vlti-
mum dictũ manet dubiũ dictum Bald.l.ſi certis annis.C.de pac.
dum voluit ꝙ diuturnitas ꝑſtationis facit ꝑſumere cãm.ſi tñ alle-
gata fuerit nõ al's: de quo ẽt dicto dubitauit Fely.in.c.de quarta.de
pꝛeſcrip.in penul.col.que dicta ſufficiãt incidẽter circa pꝛimũ intel
7 lectũ. ¶ † Scḋs intellectus ẽt glo.fuit ꝙ vxoꝛ hic ex ſpeciali pacto
debebat lucrari donationẽ ꝓpter nuptias.⁊ põderať curſus tanti
tẽpoꝛis nõ ad ꝑſcriptionẽ complendã: ſed ad cõſenſum legitimum
ipſius mulieris ꝑſumenduꝫ ex moꝛa tanti tpis.⁊ hoc dictum dicit
Abb.ꝙ cõiter nõ valet repꝛobari.⁊ eſt ſing. Et miro modo limita
pꝛeall.auť.ſiue a me.⁊ facit generaliter ꝙ ex curſu magni tempoꝛis
pꝛeſumať ſolẽnitas extrinſeca.⁊ in hoc eſt ſemp mẽti tenendum ſꝫ
eum ꝙ ſatis ſequunť canoniſte ⁊ legiſte in.l.ſciendũ.ff.de vbo.ſig.
⁊ in.l.ſi filius.de peti.here. Faciunt multa copioſe poſita per Fely.
circa pꝛeſumptionẽ iſtius diuturnitatis in.c.ſicut.de re iudi.in.iiii.
⁊.v.col.⁊ aliquid hic per do Anto.⁊ ꝙ ſi qſpiam diceret in oĩb⁹ in
quibus ſolẽnitas extrinſeca requiriť qñ ꝑſumiť ex diuturnitate tẽ-
poꝛis ſufficiunt decẽ anni pꝛo iſta diuturnitate: vt no.in.d.l.ſi fili⁹.
per ſcriben.in.d.l.ſciendum.hic vero tex.vult.xxx.annos igiť male.
Dicas cũ Jmo.hic ſing.v.col.pꝛo limitatiõe.l.ſi filius.⁊.l.q in alie-
na.§.qḋ ſi nõ adierit.ff.de acq.here.ꝙ illa iura ⁊ ſimilia intelligun-
tur quotiens agiť de iure querendo: qꝛ tunc ſolẽnitas extrinſeca ex
diuturnitate.x.anno.ſecus quotiẽs agiť de ſolẽnitate ꝑſumẽda ꝑn-
cipaliter ad ꝑiudiciũ alterius: qꝛ tũc nõ ſufficerẽt.x.anni.⁊ iſto caſu
intelligiť tex.noſter qḋ magnifacit do.Fely.in.d.c.ſicut.poſt domi.
Alex.cõſulentem ſm ꝙ ipſe eum ibi refert.ſed vt videbitis in vera
intelligẽtia.c.iſta limitatio que trahitur ex falſo intellectu rediget
ad ſomniũ ſeu fabulã. Cõtra iſtã ſcḋam lectu.inſtat multũ.d.Abb.
lꝫ eã pꝛimo magnifecerit.dicit enim ipſe ꝙ cũ ipſa vxoꝛ cõſtãte ma
trimonio nõ potuit agere.l.in rebus.C.de iure do.⁊ ſic ꝯdictio ſua
pꝛodeſſe nõ poterat: ergo patiẽtia eius nõ debuit operari tacitũ ⁊
cõſenſum cũ eius ẽ nolle cuius ẽ velle ⁊ eꝯ.ſed vxoꝛ cõſtãte mrĩmo-
nio nõ potuit ꝯdicere: qꝛ nõ potuit agere: ergo tacẽdo nõ vř acqe-
uiſſe. Pꝛeterea dicit circa fin.c.ꝙ auť.vt immobilia ante nuptias
dona.col.v.requirit ſcḋm cõſenſum poſt biẽniũ vt mulier interim
poſſit mature cogitare: ⁊ vt cautioꝛ veniat ad ſcḋm conſenſuꝫ poſt
biennium.que quidẽ ratio ſm Abb.omnino ceſſat muliere tacẽte.
Tertio ⁊ vltimo dicit ꝙ vbi agitur de re oneroſa tacens nõ habeť
pꝛo cõſentiẽte.immo pꝛo cõtradicente.l.filiusfamilias.§.inuicti.ff.
de pꝛocura.in.c.in geneſi.de ele.poſt gloſ.in reg.xxviii.qui tacet.de
reg.iur.ꝓpter que oĩa dicit ꝙ videtur ſibi ꝙ intellectus huius.c.ſit
difficilimus.tum etiã quia tex.nõ cõtentatur ſola diuturnitate.ſed
petit tria de quibus in tex.quapꝛopter ipſe Abb.dicit ꝙ poteſt te-
8 neri abſq; ſcrupulo pꝛima lectu. ¶ † Aduertas rogo modo: quia
pꝛimũ fundamentũ Abb.propter quod ipſe magis dubitat mihi
nullo modo videť cõcludere dum dicit nõ poteſt cõtradicere: ergo
nõ poteſt cõſentire: qꝛ ſua argumẽtatio in terminis noſtris eſt fal-
ſa.patet in.d.auť.ſiue a me.põt cõſentire bino tamẽ cõſenſu inter-
ueniẽte ſed cõtradicere vel agere nullo modo põt conſtante matri-
monio regulariter loquẽdo.d.l.in rebus.de iure do.procederet eñ
ſua argumẽtatio qñ vxoꝛ nullo modo cõſentire poſſet.vnde poſtꝙ̃
põt cõſentire lꝫ agere ſeu ꝯtradicere nõ valeat.nõ mirũ ſi ex diutur
nitate tẽpoꝛis ꝑſumať ille cõſenſus q al's interuenire potuit eodem
modo.nõ obſtãt alia duo fundamẽta Abb.in ſi.c.poſita: qꝛ lꝫ in ſe
ſimpliciter vera ſint tñ ꝓpter tẽpoꝛis diuturnitatẽ nõ eſt abſonum
qḋ ꝑſumať illa maturitas cõſilii ⁊ conſenſus in re oneroſa ſicut alie
ſolẽnitates extrinſece ꝑſumunť: intellectus tñ iſte cõfutatis rationi
bus Abb.lꝫ in ſe poſſet eſſe verus.c.tñ noſtro nullo modo applica-
ri põt poſtꝙ̃ vltra diuturnitatẽ tẽpoꝛis multa alia requirunť in tex.
vnde eſſet opus in oĩb⁹ aliis ſupplere maxime ꝙ nõ decet.vñ poſt
glo.ſuperuenit Hoſti.qui nititur defendere ꝙ quelibet ratio poſi-
ta in tex.fuit ſufficiẽs ad ſic iudicandum. Pꝛima dum loquitur de

ꝯſenſu intelligendo ꝙ conſenſit poſt biennium viro tunc habēte
9 vnde ei cōſulere poſſet.¶ † Scđa rō qꝛ lapſi dicebanẜ.xxx.anni in-
telligendo taliter ꝙ computarenẜ a tpe quo maritus cepit ſua ſub-
ſtantia male vti ſm no.in.c.per veſtras.de dona.inter virū ⁊ vxo.⁊
tunc qđ dicit in tex.cōſtante matrimonio dicit ꝙ non erit ꝫ ipſum
allegantes ꝙ al's videreẜ niſi dicamus iſto modo ꝙ cepit vti male
10 ſubſtātia ſua ſm Hoſti.¶ † Tertia rō ſm eūdē dum dicitur ꝙ in
cōes vſus ⁊c.intelligiẜ ꝓpter alendos vel redimendos cōes parē-
tes quos viuos habebat:qꝛ tunc bene valeret diſtractio ēt ptij do-
talis.ff.ſol.matri.l.quis.⁊ idē ſi faceret vt redimeret predia dota-
lia maiora habētia redditus.ff.de iure do.l.ſi.do.Abb.tū ⁊ bñ non
placet iſte intellectus:qꝛ ꝓcedit cū ſuppletione diuinatione ⁊ extor
ſione.ideo cōiter nō recipiẜ ⁊ qꝛ laborat eodē morbo:qꝛ ſi alterum
iſtoꝝ ſufficiebat fruſtra oīa ſimilia papa requiſiuit do.Jo.an.⁊ pro
quarto intellectu dicit de directo contra Hoſtien. ꝙ immo omnes
ille tres cauſe poſite in tex.cōcurrere debēt qbus cōcurrentibus di-
cit tex.noſtrū ponere ſpecialē caſum.⁊ auẜ.ſiue a me.recipiet iſtam
nouam limitationē qđ nō placet do.Car.nec do.Abb.qꝛ papa nō
intendit hic inducere ius nouū qđ pꝫ ex eo.qꝛ reſpondit conſulta-
tioni.c.ex tua.de tēpo.ordi. ⁊ inter laycos nō induxiſſet ius nouū.
dicunt ipſi ad diminutionē iuris mulieris.facit qđ dixi.ꝫ.c.proxi.
poſſet defendi Joā.and.in ſua generalitate:qꝛ non eſſet in hoc ius
nouū cōdere ſed potius antiquū declarare:vt patebit ex.ī.dicēdis
in meo nouo intellectu.Prudens enim fuit do.Jo.an. ita genera-
liter loquendo lꝫ referendo ſe ad tria que Hoſti.⁊ cōiter doc.dicūt
male ſenſit:vt.ī.patebit do.Anto.de but.quinto loco dicit pro in-
telligentia.c.ꝙ hic curſus tanti tpis poteſt dupliciter conſiderari.
Primo ad pſumēdū ſcđm cōſenſum vt glo.dixit. Scđo ad cōplē-
dam pſcriptionē:lꝫ enim pſcriptio ſm eū nō currat in rebus dota-
libus conſtante mrīmonio:ſecus in rebus donatis ꝓpter nuptias:
qꝛ illarū rerū etiā cōſtāte matrimonio vxor eſt dña.qđ dictū ſi verū
11 eſſet dicit do.Abb.eſſe valde ſing.ſed tū nō credit verū.† Primū
propter malāfidē ipſius emptricis;qꝛ ſciebat rē eſſe donatā ꝓpter
nuptias.iſta impugnatio iudicio meo nihil vꝫ vt videbis.ī.i nouo
intellectu:qꝛ tex.pſupponit bonafide.Scđo cōtra dictū do.Anto.
adducit glo.in auẜ.vt immobilia.ante nup.do.col.v.vbi ꝓbatur ꝙ
nō agit mulier ſup rebus propter nuptias donatis conſtante ma-
trimonio ſic nec ſuper rebus dotalibus qđ probat optima ratione
ipſe do.Abb.qꝛ eodē modo vtiẜ ipſe maritus fructibus donatiōis
propter nuptias ſic dotis:al's maritꝰ nō diceręẜ habere priuilegiū
in fructibus rei dotalis cū tantūdē ipſe datꝫ ꝓpter nuptias vxori ſi-
cut in dotē recepit:vt voluit glo.ſing.in auẜ.de non eli.ſcđo nuben.
in ver.perceperit.quā ipſe dicit ſemꝑ notandā:qꝛ non credit ꝙ de
hoc ſit tex.expſſus:immo dicas ꝙ eſt tex.in auẜ.dos data.C.de do-
na.ante nup.ſm Jmo.hic ſi.col.mihi tū non ꝓbat ſed iudicio meo
12 probat tex.in auẜ.equalitas.C.de pac.conuen.† Et qđ lucreẜ fructꝰ
donationis ꝓpter nuptias.firmat glo.in.§.eſt ⁊ aliud.inſti.de do-
na.quā hic multū not.ij.⁊.vij.col.Jo.de imo.de quo vide Abb.in
c.ſi.de dona.inter virū ⁊ vxo.ī.iij.⁊ penul.col.⁊ per iſta cōcluditur
ꝙ iudicenẜ a pari dos ⁊ donatio ꝓpter nuptias.qđ ꝓbat text.in.l.
cum multe.C.de dona.ante nup.⁊ glo.in auẜ.dos data.qđ etiā con-
tra do.Anto.clarius firmat do.And.hic.vj.col.in ſi.arguendo ꝫ
eum incōuincibiliter vbicūqꝫ non cadit negligentia ibi non poteſt
eſſe preſcriptio.c.nos quidem.de teſta.c.qꝛ diuerſitatem.de conceſ.
preben.ſed cōſtāte matrimonio mulier non poteſt agere pro rebus
ſibi donatis:ergo ſequitur ꝙ non patitur preſcriptionē in illis re-
bus.qđ aūt non poſſit agere pro illis conſtante matrimonio ꝓbat.
13 ⁊.ꝫ.dictum fuit.¶ † Scđo adducit pſupponēdo ꝙ donatio añ nu-
ptias datur ad tutelaꝫ dotis:vt in prin.dictū fuit.qđ ſicut doti pre-
ſcribi nō poteſt.ergo nec donationi ꝓpter nuptias:qꝛ ſicut eſt priui
legiata dos ita erit priuilegiatū id qđ eſt introductū ad tutelā do-
tis.adducit ſolēnē glo.in.c.ex literis.de pig.que voluit ꝙ patrimo-
nialia clericoꝝ gaudent eodē premio quo eccleſiarū bona:qꝛ patri-
monialia extant pro ſubſidio bonoꝝ eccleſie ſi rector male admini-
ſtrauit.Certe lꝫ iſta dicta Abb.⁊ And.prima facie auditoribꝰ mul
tum applaudere videanẜ.audeo tū dicere ꝙ do.Anto.veritati fuit
proximior lꝫ in ꝯſenſu preſumēdo ratione diuturnitatis cū cōmuni
errore trāſiuerit.Nec obſtant iſta dicta Abb.⁊ And.dum reprehē
dunt do.Anto.qꝛ lꝫ in multis equiparenẜ vt ipſi dicunt in vno ta-
men valde ſunt diſſimilia:qꝛ conſtante matrimonio nullo mō pōt
dos alienari.qđ nota tu canoniſta ne erres.quod probat text.no.in
§.⁊ cum.l.iulia.in.l.vnde.C.de rei vxo.actio.quod intelligo quādo
fuit datus fundus dotalis ineſtimatus.al's idem eſſet qđ in dona-
tione ꝓpter nuptias qui poteſt vt dixi matrimonio conſtante alie-
nari hino exiſtēte cōſenſu ipſius mulieris ſm formaꝫ prealleg.auẜ.
ſiue a me.videas hic Jmo.ſi.col.multū no.vbi limitat predictā cō-
cluſionem de rebus dotalibus ineſtimatis niſi iuramentū interue-
niat per tex.vulgatū in.c.cū cōtingat.de iureiu.vnde ad propoſitū
modo poſtq̄ cōſenſus ipſius mulieris alienari pōt donatio ꝓpter
nuptias dos vero nō p ſupradicta:nō immerito ſic dicere valeamꝰ
cū Anto.de but.vt inferius latius dico ꝙ in donatione ꝓpter nu-
ptias currat pſcriptio ⁊ nō in dote.vnde merito text.in.l.in rebꝰ.C.
de iure do.vbi ꝓhibuit preſcriptionē quācūqꝫ in rebus ſolū dota-
libus loquutus fuit de rebus donatis ꝓpter nuptias nullū verbū
14 fecit. † Non obſtāt modo que And.dixit primo dum fundat ſe in
negligentia:qꝛ.ī.in vero intellectu demonſtrabiẜ negligentia. Nec
ob.qđ dixit ꝙ donatio ꝓpter nuptias datur ad tutelam dotis.⁊ iđ
debet eodem priuilegio gaudere cuꝫ dote:qꝛ per ſupradicta mani-
feſtam videmus in hoc differentiā poſtq̄ donatio pōt alienari cō-
ſtante matrimonio:dos autem non eſt verum tū ꝙ iſte intellectus
Anto.de but.poſſit euitari quaſi videatur laborare eodem morbo
cum alijs cum papa ſe fundet in tribus de quibus.ꝫ.non autem in
preſcriptione.Uel ſcđo ⁊ melius qꝛ in illis.xxx.annis ſm intellectū
ipſius Anto.duplex cōcurreret ſpecialitas.ſ.preſumptionis cōſen-
ſus ⁊ cōplemētū preſcriptionis.ꝫ not.in.l.j.C.de dotis promiſ.do.
vero Cardi.hic poſt longam inueſtigationē firmat q̄tuꝫ ad preſu-
mendū cōſenſum ſufficere curſum predicti tēporis.in alijs ſupplet
maxime in tex.niſi tempore quo agit mulier in bonis mariti nō eēt
vnde ſibi conſuli poſſit:qꝛ tunc omnia contenta in text.debent con-
currere quo caſu tenet opinionē Jo.an.de qua.ꝫ.do.And.vltimo
loco poſtq̄ in intelligentia iſtius.c.dixit omnes doctores febricitā-
tes ⁊ etiam corpore carere ſpiritu admiratur de pontifice quod ad
allegationes cuiuſdam mulieris voluit facere iſtam deciſioneꝫ:ni-
hilominus tū dat nouam intelligentiā ad iſtum text.dicendo ꝙ in
iſtis allegationibus ſupplēduꝫ eſt:maxime ꝓpter tex.ſing.in.l.ſi cū
15 iure.ff.de vſucap.† preſupponendo ꝙ idē ſit vendere vel vendenti
cōſentire ſeu alienare vel alienāti cōſentire:vt in.c.ſi quis preſbyte-
rorum.de reb.eccl.⁊.l.ij.ſi aduerſus dona.C.modo allegat tex.ſing.
in.l.cum vir.ff.de vſucap.que ꝓbat ꝙ obligatur maritus ſtare vē-
ditioni rei dotalis conſtante matrimonio qū ipſe manſit in matri-
monio muliere precedēte cuius cauſa lucratus fuit doteꝫ:ergo pre-
ſuppoſito.ꝫ.habito.idem dicendū eſt in muliere que conſenſit alie
nationi poſtq̄ ſoluto matrimonio donatio ꝓpter nuptias ad eam
ex pacto reuertebaẜ.que inductio prima facie ſing.videẜ nihilomi-
nus ꝓcedere nullo modo poteſt q̄tuꝫ ad intelligentiā.c.noſtri.pri-
mo qꝛ non conſtat ꝙ hic iſta mulier lucrabaẜ donationeꝫ ex pacto:
immo eſt diuinare iſtud dicere vt demonſtrabo ſtatim in vera intel
ligentia.c.dum declarabo quare ipſa mulier agebat poſt morteꝫ ad
illam rem donatam ꝓpter nuptias.⁊ ſic ex iſto capite illa.l.cum vir
16 nō mereẜ allegari.† Uel ſcđo dic dato ꝙ cōſtaret ꝙ hoc lucraretur
mulier donationem ꝓpter nuptias adhuc duabus rationibus nō
ſtaret.Prima qꝛ nō eſt verū ſimpliciter ꝙ ſit idem vendere vel vē-
denti cōſentire qđ probant multa iura iſta ponētia vt diuerſa:vt.l.
iubemus.C.de ſacroſanc.eccle.§.iconomos.⁊.c.nō licet.xxij.q.ij.⁊
facit tex.not.in.l.ſi pater.in ſi.ff.de manu.vindic.que probat quod
aliud eſt actum facere:aliud facienti conſentire.de qua in materia
emptionis ⁊ venditionis.feſtum fecit Bal.in.l.ij.de reſcin.vendi.
in ſi.ix.colū.Secunda ratio contra andreā eſt dato ꝙ inductio ſua
d.l.cum vir.vera eſſet:quia ſicut primus intellectus glo.ad iſtud.c.
qui in ſe verus eſt tanq̄ non congruens.c.poſtq̄ in alijs ſe fundat
pontifex ab oībus reijcitur:ita eadē omnimoda ratione reijcietur
17 iſte poſtq̄ papa ſe fundat in allegatis rationibꝰ in text.¶ † Quid
ergo in tanta varietate dicendū eſt certe ceſpitaret quilibet etiam
magni ingenij qui vellet ponere falcem ſuā inter tot excellētes doc.
quaſi ipſi nō bene dixerint ſeu ſenſerint nihilominus cōfiſus dictis
imperatoris in.l.ij.§.contra.C.de vete.iur.enucle.vbi dixit qđ ali-
qua ſunt in iure occulte oppoſita vel de nouo inuēta que diſcordie
fines effugiunt.Dicam cum ſupportatione tamē dictoꝝ patrū qđ
in vero intellectu huc uſqꝫ oēs muſſitauerunt:alij plus deuiantes a
veritate:alij minus.⁊ maxime intellectus cōmunis immo omniuꝫ
qđ diuturnitas temporis faciat preſumere ſolēnitatem interfuiſſe
extrinſecam minus conuenit veritati ⁊ intelligentie iſtius capituli
vt ſtatim probabo per quod reſultabit quod fruſtratorie in hoc de-
inceps allegabitur iſte tex.quia nihil iſta diuturnitas tēporis facit
pſumere ſolēnitatē:ſed ipſa cū alijs reqſitis in tex.facit ꝙ iſta vxor
18 excludaẜ ne emptricē moleſtare valeat.¶ † Primo eñ pro princi-
pio vere intelligētie.dico ꝙ iſta vxor nō agebat ad iſtā rem dona-
tam propter nuptias vigore pacti de lucrāda donatione:vt cōmu-
niter doct.dicunt:quia nō conſtat.⁊ eſt diuinare vt dixi.ſed agebaẜ
per ipſam vxorem hypotecaria actione:vt ſenſit ſolus do.Cardi.
titubando tū qđ tamē incōuincibiliter probaẜ ex vltima allegatio-
ne emptricis in.c.noſtro dum dixit ꝙ tēpore cōtractus erat in bo-
nis mariti.vnde vxori cōſuli potuiſſet:que allegatio al's nihil ope-
raretur ⁊ ſuperflue poſita eſſet ſi intellectus doct.⁊ gloſ.diuinato-
rius dum de pacto precedente de ſuperlucrāda donatione loquunẜ
eſſet verus.ipſi eñ docto.de iſta vlti.allegatione emptricis nullam
faciunt mentionē:nec eam cōſiderāt.Ego autē magnifacio eam qꝛ
ex eius intelligētia magna pars conſiſtit intellectus capituli vt ſta-
19 tim demonſtrabo.† Jtem dico ⁊ ſecūdo ⁊ in hoc eſt bene aduertē
dum quod in iſto.c.nullus fuit defectus conſenſus in alienatione
dicte rei donate propter nuptias:immo ſicut cōſentire debuit ipſa
mulier:ita conſenſit.⁊ in hoc cōſiſtit error ſcribētiū.⁊ qđ ipſa con-
ſenſerit vt

ſenſerit vt debuit.probo per tex.apertum hic dum dicit mulier qđ
bonafide iuſtoqꝫ titulo poſſedit.xxx.an.ad qđ papa ſe in deciſione
refert vt iuxta dictũ qui iuſtus titulus aliter nõ potuit eſſe niſi pri-
mo ⁊ ſcđo conſenſu interpoſito ſm formam predicte aut.ſiue a me.
cõſtat enim ſi intercesſiſſet primus cõſenſus ⁊ nõ ſecundus ꝙ non
habuiſſet iuſtum titulũ.immo eſſet iniuſtus:qꝛ ꝯ ius poſtꝙ̃ ſciebat
rem datam vxori in donatione ꝓpter nuptias niſi ſolẽnitas illius
aut.fuiſſet ſeruata.poſſeſſio enĩ ꝯ ius iniuſta preſumit ⁊ poſſeſſor
malefidei.l.quẽadmodum.de agri.⁊ cenſi.lib.xj. immo etiã dico ſi
in iure erraſſet credẽdo ſufficere vnum cõſenſum nõ diceret habere
iuſtũ titulũ:nec diceret habere bonãfidem.Pau.de caſt.cõſi.lxxij.
